





20.9.01.
234
Eg

063-1295

GESCHIEDENIS

V A N

GRAAF WILLEM

VAN HOLLAND,

ROOMSCH KONING.

D O O R

MR JOHAN MEERMAN,

VR Y HEER VAN DALEM.

AANHANG VAN HET VIERDE
D E E L.


IN 's GRAAVENHAAGE,
BY MELIS VAN DAALEN WETTERS;

MDCCXCVII.



THE LOST MURKIN

C O D E X
DIPLOMATICUS.



CODEX DIPLOMATICUS

O F

LYST DER OVERGEBLEEVENE HAND-
VESTEN EN OORSPRONKELYKE STUK-
KEN, TOT DE GESCHIEDENIS VAN
WILLEM OF VAN ZYNEN TYD BE-
TREKKELYK.

edelbisschop van Utrecht

I.

*V*niversis presentem paginam inspecturis Nicho-
laus dominus de Putte salutem & omne bonum.
Quod per auditum verbum nescunt presentes, hoc
per impressionem littere percipiunt absentes; hinc
est quod ego tradidi laurencio et egidio filiis hellici
trenimoer & heghenisse infra terminos istos bode-
maer, tracmaer, sriene, cortegreueninge; & hoc
contulimus predictis. I. & e. hereditario feodo cum
officio & decimatione, ita ut libere inde possint
suum facere profectum & voluntatem; contulimus
etiam predictis. I. & e. Jura dicte terre ad XXVII^{tem}
solidos & minus; & si quid hoc supergressum fuerit
hoc emendabo supra dictam terram, homicidium &
violentiam illatam mulieri; si vero rapinam vel fur-
rum fieret in dicta terra N. mendabo iam dictis.

A 2

113

ut judicent; quod si non possent egomet judicabo; & de nullo forefacto possum eos citare in domo nisi per consensum eorum. Si vero ipsi malefecerint, ego veniam in dictam terram iudicaturus secundum Coram Zelandie, non forefactum ab ipsis exigens. Datum anno domini m. CC. XXXVI. XI. Kal. Martij.

Den 20 Febr. 1236. Zie ons III. D.
p. 456. IV. 88, 115, 122.

Dit Stuk berust op de Hollandsche
Leenkamer.

I I. *... an d'ere v'g'ne ...*
... v'g'ne ... *... o' v'g'ne ...* *... v'g'ne ...* *... v'g'ne ...*
 Otto dei gratia trajectensis Electus, omnibus
 presens scriptum intuentibus salutem in domino.
 Scire volumus presentes & posteros, quod ghesel-
 bertus miles de Ryet vendidit ecclesie sancti iohanni
 in Traecto decem jugera in Gentebelenge sita
 pro terta summa pecunie, ab exactione & omni
 prorsus onere absolta. Que cum a nobis teneret
 in feodo, ut transferri possent sine nostri preiudi-
 cio, nobis ea resignavit ad usum ecclesie, & as-
 signavit bona sua que dicuntur amerlant & ea re-
 cepit a nobis in feodo, loco eorum que vendidit re-
 mansura. Nos igitur predicta jugera ipsi eccle-
 sie concessimus cum iure suo, perpetuo possidenda.

Pte-

*Presentes fuerunt, Ghiselbertus decanus; Matheus,
Egidius, Henricus, Canon. Sancti iohannis.
Laici vero, Giselbertus de amestelle iunior, al-
bertus de wuluen. Datum anno domini M. cc.
XL. in vigilia mathei, apud traiectum.*

Utrecht den 20 Sept. 1240. III. 449.

Dit Stuk berust in de Archieven van St.

Jan te Utrecht.

I I I.

*Gualterus permissione divina abbas monasterij
beate marie Middelburgens. ordinis premonstr. tra-
iectens. dijocæs. universis presentes literas visuris
vel audituris facimus manifestum, Nos ydiffe,
legisse ac diligenter inspexisse literas nobilis ac po-
tentis viri nycolai quondam domini de putte, eius
vero sigillo prout prima facie apparebat sigillatas,
non rasas non cancellatas nec in aliqua sui parte
viciatas, forma que sequitur de verbo ad verbum
continentes. Ego nycolaus de putthen pro remedio
peccatorum meorum sanctimonialibus de camera
jancte marie in nordbeveland in elemosinam contu-
bi decimam tam maiorem quam minorem de fossa
iutte usque strienemonde. Item pascua usque ad
CCC oves sufficientia, quotiescumque eis illuc uti
fotigerit, conferre promisi. Utque hec donatio sta-*

bilis & rata perhenniter valeat permanere, presen-
ti scripto, sigilli mei impressione & testium subscrip-
tione roborato, decrevi irrefrabiliter confirmare. Tes-
tes affuerunt nobiles viri Wilhelmus de Teylingen,
Nicolaus Perfin, Jacobus Castellanus aliisque quam
plures. Datum apud Gheervliet m. cc. xlj. anno
domini. In cuius rei testimonium sigillum nostrum
presentibus est appensum. Datum anno domini m.
ccc. xljj in crastino beati martini estivalis.

Geervliet 1241. III. 35, 451, 455, 460, 462.

Dit stuk berust op de Hollandsche

Leenkamer

Uitgrippe uit den gheestelijcken en vaderschen
staet van Holland en West Friesland, omtrent
I V.

Ego Willehelmus Comes Hollandiae notum facio
universis presentem paginam inspecturis — Da-
tum Leydis anno domin. incarnationis 1243 feria
secunda post assumptionem B. Mariæ. (a)

Leyden 17 Aug. 1243. Zie de Byvoegselen,

Nos volpertus, dominus de Leeko & Heynricus

filius meus, notum facimus omnibus presentia in-

ter nos etiamque in memoriam spectare.

(a) Ik zet hier weder slechts her begin en het slot des

reeds uitgegevene Handvesten des Konings.

*specturis, quod nos contulimus pro redemptione
anime nostre fratribus teutonice domus quinqua-
ginta libras holland. Unde eis assignavi singulis
annis quinque libras Holland. in poterstale in
festo beati laurentij recipiendas quo usque eisdem pre-
dictam summam pecunie persoluero; tali condi-
tione interposita cum summa pecunie ipsis persolu-
ta fuerit, quod ipsi ement in dyoceſi traiectensi ſive
in comitia Holl. hereditatem valentem quinquaginta
libras, quam nobis & posteris nostris ſepedicti fra-
tres sancte gertrudis in trajecto erunt affignaturi.
Datum anno domini M. cc. xliij. dominica post
clementis, testibus prepoſito Godefrido Xantensi,
Th. Caſtellano in leyden, domina M. uxore mea,
domino Gilberto de crempen & domino danièle de
Merewede & G. de vene quam pluribus.*

Den 29. Nov. 1243. III. 252, 450, 451, 453.

Dit Stuk berust in de Archieven van het
Duitsche Huis te Utrecht.

V I.

*Vniverſis presentia viſuris vel audituris Nicho-
laus Dominus de Putte ſalutem & noſcere veri-
tam. Noveritis quod nos anno Domini m. cc. no-
nages. quarto in octavis beati martinj, hiemalit-
teras venerabilis viri, noſtri ayi videlicet Domini*

Ni-

Nicolai militis domini quondam de putte, non cancellatas non abolitas nec in ulla parte sui viciatas sigillis nobilium virorum domini Wilhelmi Comitis hollandie principis illustris³, Domini N. persim miliis & cum suo proprio roboratas vidimus in hec verba:

In nomine domini Amen. Ego Nicholaus de putte notum facio universis presentia visuris, quod constuli in allodium quod erfleen vulgo dicitur, dilatatis hominibus meis nicholao & iohanni filiis Wilhelmi oboli & eius successoribus proximis sive masculis sive dominabus terram que corendyk dicitur nordalf beninghe westhalf moerman, hinc usque ad gramina Eyerockers, zudhalf dorenloet, oosthalf Wydele & omnem piscaturam, ad medium predicatorum aquarum, & omnibus utensilibus suis cum decima & officio & dimiditatem decimarum frugum veteris terre in spikenisse sicud iam est divisæ, & tantum terre de vtdich quod possint aggerare aggerem suum, sicut & aliis hominibus meis concessi. Insuper indulsi eisdem N. & J. & eorum successoribus, si contingeret ipsos vel eorum coadiutos homicidium perpetrare, quod absit, ipsi persoluerent michi de forefacto decem libras puriorum denario. rum, & non amplius exigerem ab eis, & imperfectus secundum suam nobilitatem solvetur; si vero per alios infra terminos predictos accideret homicidium dicti fratres vel eorum successores deberent illud

iudicare; si autem non possent iudicare & idem iudicium homicidij transferrent ad me judicandum, omne forefactum erit meum. Do etiam eisdem fratribus & eorum successoribus judicandi omnia preter excepta, & do eis bannum superiorem & inferiorem de predictis criminibus nisi que sunt exempta. Ego vero tutor successorum eorum esse non debedo nec mei successores, sed ipsorum proximus ex parte gladii; si vero sepedicti fratres venirent mansuri in terra quam contuli eis sive eorum successoribus, ipsi sicud alij nobiles viri mei michi servirent in expeditione mea. Si non, subditi eorum in dicta terra manentes secundum posse suum michi seruient in expeditione mea. Do etiam eisdem fratribus & eorum successoribus dictam terram vendendi cuilibet cui voluerint, nisi contra me habeat capitales inimicitias vel fuerit homo feodalis, & tunc optinebunt aliquam partem pro qua michi ad homagium tenebuntur. Si vero Ego vel mei successores predictam terram vellent emere, pro tanto rehaberent in emptione quanto alter deberet appretiare. Et ut premissa robur habeant firmitatis, ea cum bona deliberatione & consensu Johannis filii mei, qui est heres meus, sigilli mei impressione roboraui, et petiui dominum Willelmum comitem Hollandie & dominum N. Persin ut sigilla eorum una mecum apponere dignarentur. Datum apud Gheerliet in domo mea, An-

no domini m. cc. xlvi. feria secunda post dominicam inuocavit, qui fuit proxima post cathedram petri: presentibus his domino Wilhelmo de Wychvliet, Th. & Petr. de spikenisse & heffelleet, hugh. & Joh. de maerlent & magistro paulo qui hanc conventionem propria manu conscripsit.

Nos vero Nycolaus antedictus dimidietatem predictarum terrarum concedimus successoribus seu heredibus Nicholai filii Wilhelmi oboli antedicti in eadem conventione & jurisdictione prout in litera nostri aui antedicti super hoc confecta specialiter est expressum, & reliquam vero dimidietatem penes nos personaliter reseruamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus literis duximus appendendum. Datum anno & die predictis.

Geervliet den 6 Maart 1245. III 31, 36, 37,
273, 432, 434, 438, 453, 456, 457,
459, 463, IV 115, 122, 131.

Dit stuk berust op de Holl. Leenkamer.

V I I.

*Wilhelmus Dei gratia Comes Hollandie honorabilibus viris & dilectis suis Universis Civibus in Lubeke constitutis salutem & omne bonum cum promotionis augmento. — Datum Trajecti,
anno*

anno Domini 1245 in Octavo Nativitatis St. Joannis
Baptistæ.

Utrecht den 1 July 1245. Zie de By-
voegselen.

VIII.

Universis presens scriptum visuris Johannes miles nobilis, dominus de huesden salutem & noscere veritatem. Nouerint universi presens scriptum visuri, quod omnia bona que goeswinus dictus cocus Burgens. de Boschodus in geffene possidet, eadem bona de me J. predicto in feudum tenere dinoscitur Brabantinum: Cuius rei testes ydonei sunt domini Robertus & Henricus & Wilhelmus milites fratres mei; Dominus etiam Daniel & dominus henricus milites & fratres de merewich. In cuius rei testimonio certiori paginam presentem sigilli mei et burgensium de buscoduch munimine constuli roboratam. Dat. Anno gratie millesimo cc. xlvi. in festo penthecostes.

Den 27 Mey 1246. III. 449, 453.

Dit Stuk is my door den Hr. Prof.
KLUIT medegedeeld.

IX.

*Ego nicholaus dominus de putte notum fieri
volo*

volo vniuersis, quod de feodo quod olenta filia quon-
dam domini gherardi bloten & hugho maritus
eius in mosa qua vlaerdinghen a metenent in feodo
conveni in hunc modum cum eisdem, ita quod sol-
uam eis annuatim xxv. libras Hollandens. ter-
tiam partem in estiualibus nundinis de vlaerding-
hen, tertiam partem in nundinis de Voorschoten
& tertiam partem in nundinis de Valkenburch; &
insuper annuatim ante pascha duos salmone; & su-
per hiis ut dictum est legitime soluendis debeo an-
nuatim ante magnam quadragesimam ponere eis
fideiussores cum eis sufficient; alioquin ipse hugho
uel quicunque maritus ipsius olente fuerit, proximo
die post magnam quadragesimam ipsam pistariam
aggrediet & omnes prouentus ipsius libere percipi-
pet donec xxv. libras & duos salmone inde ha-
buerit. In cuius rei memoriam presentem pagi-
nam conscribi & sigilli appositione feci roborari.
Datum anno domini m. cc. xlviij. mense Junij.

Juny 1246. III, 38, 457. IV. 272.

Dit Stuk berust op de Holl. Leenkamer.

X.

Vniversis presentia visuris Aleydis uxor quon-
dam domini Johannis de auennis, florentius eius-
dem

dem filius & brita Domicella de putte salutem &
noscere veritatem; nouerint uniuersi, nos litteras
Domini Nycolay de putte, militis & patris pre-
dicte domicelle brite vidisse in hec verba in sua
primi figura cum integrō sigillo suo non cancella-
tas, non abolitas neque aliqua sui parte vitiatas.
Ego N. dominus de putten notum facio tam pre-
sentibus quam futuris quod Henr. de horde tenet
a me in recto feodo tres partes cuiusdam terre dicte
suydord site inter scolytet & beninge & hugo de
geest quartam partem; sed de tribus partibus terre
predicte H. uxor sua ad triginta sol. Holl annua-
tum in dotalitium obtinebit. Item prefatus H. eo-
dem modo tenet a me duas partes cuiusdam terre
site inter scolulet & westerlike & alardus filius
Johannis tertiam partem: sed post obitum sepedicti
H. Symon consanguineus suus illastres partes a me
in recto feodo obtinebit Item sepedictus H. tenet a me
eodem modo quartam partem decime in Drincvair-
de, & ex illa quarta parte decime hugo de
geest superprenotatus quintam partem obtinet, &
alardus filius Johannis sextam partem obtinet, sed
post obitum sepedicti H. henricus consanguineus
eius decimam in drincwaerde, que ipsi H. prenotato
modo contingit habere, & decem virgas terre site in
Stobbinc a me in recto obtinebit feodo. Ut res ista
stabilis & inconvulsa permaneat presens cyrogra-

phum sigilli mei munimine roboraui. Datum anno domin millesimo cc. quadragesimo sexto, in vigilia beati lamberti martiris atque pontificis.

Den 16 Sept. 1246. III. 208, 425,
427, 449, 457. IV. 237.

Dit Stuk berust op de Hollandsche
Leenkamer.

XI.

P. S. Georgii ad velum aureum Diac. Card. apostolice sedis Legato, salutem &c.

Cum sicut ven. Frater noster Episcopus Bamber. gen. proposuit coram nobis, idem ad instantiam clare memorie Henrici Regis Rom. Nobili Viro Duci Moravie, & quibusdam aliis nobilibus de partibus illis se fidejussorie obligarit, nos Carissimo in Christo filio nostro Wilhelmo Regi Rom. Illustri dirigimus scripta nostra, ut modis quibus poterit, quod idem Episcopus a fidejussione hujusmodi liberetur, det opem & operam efficacem. Quocirca mandamus quatenus habens eundem Episcopum pro Apostolice sedis & nostra reverentia favorabiliter commendatum, eundem Regem ad id moneas attentius & inducas, desque ad hoc secundum

sum datam tibi a Deo prudentiam operam efficacem: ita quod sollicitudinem tuam proinde dignis in Domino laudibus commendemus. Datum Lugdunum VI. Idus Novembris Anno V.

In eodem modo Carissimo in Christo filio Wilhelmō Regi Rom. Illustri (usque obligarit) Celsitudinem tuam rogamus attentius & hortamur quatenus habens eundem Episcopum &c. (usque commendatum) quod a fidejussione hujusmodi liberetur, des modis quibus poteris opem & operam efficacem, ita quod magnificentiam tuam proinde dignis &c. (usque in finem).

Lyons 8 Nov. 1247. Zie de Byvoeg-selen.

Deeze brieven van Innocentius IV. berusten in 't Pausfelyk Archiev.

XII.

..... Archiepiscopo Pruscie Apostolice sedis Legato.

Ex parte Carissimi in Christo filii nostri . . . Regis Rom. Illustris fuit nobis cum instantia supplicatum,

plicatum, ut cum de Comitatu Hollandie ad eum jure hereditario pertinente multi Frisones receperint ad terre sancte subsidium signum Crucis, eis in auxilium Rēgis crucem hujusmodi commutare, ac illam eis peccatorum suorum veniam ac si transfretassent personaliter elargiri de benignitate solita curaremus. Quocirca mandamus quatenus super hoc quod tibi oretenus diximus, de consilio dil. filii nostri P. Sancti Georgii ad vel. aur Diac. Card. Apostolice sedis Legati, & ipsius Regis, vel alterius eorundem ordinis & disponas. Datum Lugduni XV. Kal. Decembris Anno V.

Lyons 17 Nov. 1247. Zie de Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

XIII.

. *Regi Romanorum Illustri.*

Celsitudinis tue votis libenter annuimus, & petitiones tuas quantum cum Deo possumus favorabiliter exaudimus. Tuis itaque supplicationibus inclinati Capellanis, Notariis tuis & Clericis presentium auctoritate concedimus, ut quandiu in servitio tuo permanserint, beneficiorum

ciorum suorum proventus integre cotidianis exceptis distributionibus percipere valeant, ac si personaliter in Ecclesiis, in quibus eadem beneficia obtinent, resideant, non obstante contraria consuetudine, seu statuto juramento, vel confirmatione sedis Apostolice, aut quavis firmitate alia roborato, vel quacumque indulgentia sedis ejusdem per quam hujusmodi gratia retardari vel impediri valeat, & de qua specialem oporteat fieri in presentibus mentionem. Nulli ergo &c. Datum ut supra.

Lyons 17 Nov. 1247. III. 373 en de
Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XIV.

Predicatoribus in Fria xia constitutis.

*Ex parte Carissimi in Christo filii nostri,
Regis Roman. Illustris &c. (ut supra in litteris Archiepiscopo Prussiae usque curaremus)
Quocirca mandamus quatenus super hoc &
aliis ad crucis negotium pertinentibus de con-
filio dilecti filii nostri, P. sancti Georgii*

&

ad

ad velum aureum Diac. Card. Legati sedis apostolice procedatis. Datum ut supra.

Lyons 17 of 19 Nov. 1247. Zie de Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

XV.

P. S. Georgii *ad velum aureum Diac. Card. &c.*

Nemo sane mentis ignorat, quod cum F. quondam Imperator membrum Diaboli Sathanem minister & infelix prenuntius antichristi ad destruptionem Orthodoxe fidei, conculationem nobilium & aliorum fidelium & omnimodam Ecclesie deletionem aspiret, plus expediatur, & acceptius est Deo nostro & Domino Ihesu Christo, incujus injuriam talia presumere non formidat, ut contra sue iniquitatis perfidiam Carissimo in Christo filio nostro . . Regi Rom. Illustri succuratur ad presens, quam etiam terre sancte: cum illi terre cujus templum idem iniquius coquinari fecit a Sarracenorum spurcitia tanquam cum eis dampnabiliter sentiens, hinc succurriri valet, & fideles Christi nullum inde sperare possent

possent auxilium quantacumque necessitas immineret. Quocirca mandamus contra predictum F. crucem predices; & facias per Theutoniām predicari, eamque signum crucis ob hoc assumentibus peccatorum suorum indulgentiam largiaris, quam instanti negotio quod succursu festino indiget videris expedire. Datum Lugduni XIII. Kal. Decembris Anno V.

Lyons 19 Nov. 1247.
Byvoegselen.

Zie de

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XVI.

Eidem.

Cum instanti negotio quod pre manibus agitur multum expeditat, ut inter fideles Imperii pax & concordia reformatur, mandamus quatenus ad reformationem pacis inter Ven. Fratrem nostrum . . . Archiepiscopum Maguntin. & nobilem virum Ducem Brabantie interponas, de consilio Cariss. in Christo filii nostri . . . Regis Rom. Illustris, cuius interest efficaciter partes tuas, ita quod tuum

*studium & sollicitudinem possimus proinde non
immerito commendare. Datum ut supra.*

Lyons 19 Nov. 1247. Zie de
Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in 't Pausfelyk Archiev.

XVII.

Eidem.

*Cum instanti negotio &c. (ut supra usque
pacis) inter venerabilem Fratrem nostrum....
Coloniensis Archipiscopum, & nobilem virum Ga-
laranum fratrem nobilis viri . . . Comitis Ju-
liucensis interponas de consilio &c. (ut supra).*

Lyons 19 Nov. 1247. Zie de
Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius I V. berust
in het Pausfelyk Archiev.

XVIII.

Eidem.

*Cum in Imperio multi ad diversa exequenda
pia opera receperint, ut acceperint signum cru-
cis,*

cis, quia succurri ad presens Carissimo in Christo filio nostro . . . Regi Rom. Illustri contra Frederiticam perfidiam ad destructionem fidei anhelantem opus piissimum reputamus, commutandi eorundem crucesignatorum vota in prefati Regis auxilium, illis dumtaxat exceptis, qui crucem pro terre sancte subfido receperunt, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum ut supra.

Lyons 19. Nov. 1247. Zie de
Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

XIX.

Civibus Magumin.

A nostra & apostolice sedis nunquam excidet, quanta pro ea pertuleritis, & constans devotio, quam in negotio Ecclesie, prout experimento didicimus, habuistis hactenus & habetis: super quo vobis gratiarum, quas possumus, referimus actiones. Licet autem de vestra simus inconcussa firmitate securi, ut tamen nostrum in exhortatione officium exequentes, nichil quantum in nobis est de contin-

*gentibus omittamus : Universitatem vestram
rogamus, monemus, & hortamur attente, ac
in remissionem vobis injungentes peccatorum,
quatenus continuantes in persona Carissimi in
Christo filii nostri . . . Regis Rom. Illustris
solitam prefate sedis devotionem, & constan-
tiam consuetam, sic eidem Regi viriliter affi-
tatis, quod proinde vobis divinum, apostolicum,
& Regium favorem ac laudem hominum com-
parantes, de die in diem virtuosiores per ef-
fectumprolemini, & in tanto negotio fortiores.
Datum ut supra.*

Lyons 19 Nov. 1247.
Byvoegselen.

Zie de

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XX.

Archiepiscopo Maguntin.

*Cum inter te, & dilectum filium nobilem vi-
rum . . . Ducem Brabantie occasione cuius-
dam terre dissentionis materia ut accepimus sit
exoria, Fraternitatem tuam rogandam duxi-
mus attentius & hortandam, mandantes qua-
tenus pro nostra & apostolice sedis reverentia
super*

*super hoc facias quod dilect. fil. noster P. S.
Georgii ad vel. aur. Diac. Card. apostolice se-
dis Legatus duxerit ordinandum, nec te reddas
pro honore Ecclesie difficultem in hac parte.
Datum ut supræ.*

Lyons 19 Nov. 1247. Zie de Ey-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XXI.

*Archiepiscopo Maguntin: & eius suffra-
ganeis.*

*Studium et sollicitudinem, quam in creatione
Carissimi in Christo filii nostri Regis Ro-
man. Illustris habuisse noscimini, dignis in Do-
mino laudibus commendantes gratiarum vobis
quas possumus referimus actiones. Quia vero
quanto maius est incepturn negotium, tanto ad
felicem eius consumationem auxilio indiget po-
tiori, Fraternitatem vestram rogamus, mone-
mus, et hortamur attente in remissionem vobis
peccatum imponentes, quatenus considerato
prudenter quod non est in tam arduo negotio
dormiendum, ad ea que ipsi negotio expedire
vix.*

videritis dantes opem et operam, secundum prudentiam a Domino vobis datam, eidem Regi viriliter et potenter assistatis constantia consueta.

Datum Lugduni XIII. Kal. Decembris Anno V.

In eodem modo . . Archiepiscopo Colonien. et ejus suffraganeis.

In eodem modo . . Archiepiscopa Treveren. et ejus suffraganeis.

In eodem modo . . Archiepiscopo Bremen. et ejus suffraganeis.

In eodem modo . . Episcopo Herbipolen.

In eodem modo . . Episcopo Argentinen.

In eodem modo . . Episcopo Monasterien.

In eodem modo . . Elesto Spiren.

In eodem modo . . Duci Brabantie.

In eodem modo . . Comiti Guelren.

In eodem modo . . Comiti de Los.

Lyons 19 Nov. 1247. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brieven van Innocentius IV. be-
rusten in het Pauselyk Archiev.

XXII.

P. ad velum aureum Diac. Card. &c.

Cum sicut accepimus promiseris dil. fil. nobili viro Duci Brabantie ac Lotharingie facere promittere omnes prelatos Alamannie per patentes litteras eorumdem, quod affstant ei tanquam socii sociis & amici amicis viriliter & patenter in negotio Ecclesie contra F. quondam Rom. Imperatorem, & filios, & adjutores, & fautores eorum: nos attendentes, quod hujusmodi promissio digna est prosecutione favoris, quodque iudicem ipsorum viribus conflatis in unum causam Ecclesie que nunc agitur, cum non sit propria sed communis, poterunt intrepide prosequi, & inimicorum impetum minime formidare, mandamus quatenus dictos Prelatos ad id moneas efficaciter & inducas, & si necesse fuerit auctoritate nostra, sublato appellationis impedimento, prout videris expedire compellas. Datum Lugduni XII. Kal. Decembr., Anno V.

Lyons 20 Nov. 1247. Zie de By-
voegfelen.

Deze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XXIII.

Eidem.

Volentes Carissimo in Christo filio nostro . . Regi Rom Illustri ab omnibus de Imperio devote ac humiliter obediri, mandamus quatenus universos & singulos cuiuscumque ordinis vel professionis extiterint, quod ipsius Regis mandatis salubribus firmiter obedient & intendant, districione quam conuenit, appellatione postposita, non obstante quavis apostolice sedis indulgentia, compellere non postponas. Datum Lugduni XII. Kal. Decembris Anno V.

Lyons 20 Nov. 1247.

Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XXIV.

Principibus, Ducibus, Marchionibus, & aliorum Principum nobilium nunciis apud Aquisgran. in proxima Cur. congregandis.

Scire vos credimus, quod Carissimus in Christo filius noster . . Rex Roman. Illustris cuius persona non tam digna quam dignissima ad tantam dignitatem dinoscitur non misterio hominis sed potius divino misterio quasi ex insperato ad Imperii fastigium est assumptus, ex quo tanto potius debent

debent omnes maxime devoti Ecclesie & fideles
Imperii exultare, ac in ipsius auxilium prompta
magnanimitate consurgere, quanto id inspira-
tione vel potius dispositione divina non ambigi-
tur esse factum. Quia vero ex hoc princiibus
Alamannie non est dubium accrevisse, cum F.
quondam Imperatoris reprobata progenies niteretur
sibi quasi ex successione Imperium vendicare. Uni-
versitatem vestram rogamus, monemus, & horta-
mur attente, ac in remissionem vobis injungimus
peccatorum quatenus predicto Regi potenter & vi-
riliter assistentes, exhibeatis eidem contra prefatum
F. Dei & Ecclesie ac Imperii manifestum ad-
versarium, consilium & auxilium oportuna, ita
quod apud Deum & homines possitis proinde non
immerito commendari, & nos, qui ejusdem Regis
participamur successibus & in ipsius prosperis pros-
peramur, ad vestra & vestrorum obligemur como-
da & honores. Datum Lugduni XII. Kalen. De-
cembrii Anno V.

Lyons 20 Nov. 1247. Zie de Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
 in het Pauselyk Archiev.

X X V.

Civibus Aquen. spiritum consilii saniortis.

D 2

Scire

Scire vos credimus &c. (ut supra in litteris: Principibus etc. usque assumptus); ex quo debent omnes, & vos maxime utpote sibi eiusque generi viciniores gaudere, ac in ipsis auxilium &c. (usque esse factum.) Quocirca Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, mandantes quatenus considerato prudenter, quod idem Rex per se ac suos, quibus circumdati estis, vos & terram vestram favorabiliter tenebit in libertate gratia & honore, ab obsequio & dampnata devotione Fr., ab imperiali & regali dignitate depositi & anathematis mucrone ligati, protinus ac penitus recedentes, eidem Regi assistitis viriliter ac potenter, ita quod apud Deum & homines possitis proinde non immerito commendari, & prefatus Rex ad vestra honores & comoda fortius obligetur, nosque devotionem vestram dignis prosequamur actionibus gratiarum. Datum ut supra.

Lyons 20 Nov. 1247.

Zie de

Byvoegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XXVI.

P.S. Georgii ad vel. aur. Diac. Card. eti.

Cam

*Cum dilecta in Christo filia nobilis Mulier . . .
 Ducissa Austrie super contrahendo matrimonio nostrum requisierit beneplacitum voluntatis, nos cuperentes eam tali matrimonialiter copulari, qui et ea sit aptus, et Ecclesie Romane devotus, mandamus quatenus ad contrahendum inter ipsam et Carrissimum in Christo filium nostrum . . . Illustrem Regem Rom. sive alium aptum sibi et nobis devotum matrimonium des opem et operam efficacem. Datum Lugduni XII. Kalen. Februarii Anno V.*

Lyons 21 Jan. 1248. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XXVII.

. . . Procuratori Ecclesie Salzeburgen.

*Cum sicut accepimus dil. in Christo filia nob.
 Mulier Ducissa Austrie zelo fidei et devotionis ac-
 censa et feminee cogitationi masculinum animum in-
 serens, inimicis Ecclesie opponere se intendat, de-
 votio nem tuam rogamus, monemus et hortamur
 attente, mandantes quatenus et in hoc ei ac in ju-*

*re suo exhibeas te favorabilem, et assistas viriliter
et potenter; ad hec volumus et mandamus, ut
castra et loca tue proyincie ac dioc., quorum habi-
tatores se Fr. quondam Imperatori contra Ecclesiam
juramenti vinculo astrinxerunt, supponas ecclesi-
astico interdicto, contra ipsos habitatores alias
tam spiritualiter quam temporaliter processurus.*
Datum Lugduni X. Kalen. Februarii anno V.

Lyons 23 Jan. 1248. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XXVIII.

Episcopo Omolucensi.

Cum sicut accepimus etc. (Deeze Brief is woordelyk gelyk de voorige: doch in plaats van *tue Provincie ac dioc.* staat hier: *Ducatus austrie.*)

In eodem modo Episcopo Selxonren.

Lyons 23 of 28 Jan. 1248. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brieven van Innocentius IV. be-
rusten in het Pauselyk Archiev.

XXIX.

XXIX.

Nob. Mulieri Ducisse Austriae.

Quia personam tuam sincera diligimus in Domino caritate, tui honoris augmentum ferventer appetimus, & petitionibus tuis, que tuum respiciunt comodum libenter exauditionis januam aperimus. Hinc est quod cum cla. me. Dux Austriae patruus tuus, sicut ex parte tua nobis exitit intimatum, multa tibi tam in honoribus & juribus, quam aliis bonis mobilibus & immobilibus ad eum spectantibus, prout ex imperiali sibi concessione licet, in sua dispositione duxerit relinquenda, nos tuis supplicationibus inclinati, quod per eundem Ducem provide factum est in hac parte auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti communimus: supplentes defectum, si quis forsan ex omissione alicujus debite vel consuete sollemnitatis in eadem dispositione exitit, de plenitudine potestatis. Nulli ergo &c. Datum Lugduni V. Kalen. Februarii Anno V.

Lyons 28 Jan 1248. Zic de Byvoeg-selen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

XXX.

XXX.

*P. Sti Georgii ad vel. aur. Diac. Card. Apost.
sedis Legato.*

*Cum sicut ex parte dilecte in Christo filie nobilis
mulieris... Ducisse Austriae fuit propositum coram
nobis, Magister & Fratres, ac Frater Rasco Hos-
pital. domus S. Marie Theutonicorum in Austria
in Starthenbeh & in Cententrin, ac quedam alia
castra Thesaurum & alia bona mobilia & immobi-
lia, que ad eam ex concessione facta sibi a . . .
quondam Duce Austriae patruo suo ex indulto eidem
Duci privilegii Imperial. spectant, detinere dicantur,
mandamus quatenus dictos Magistrum & Fra-
tres ut predicta omnia ipsi Ducisse restituant inte-
gre, ac de dampnis que occasione huiusmodi Du-
cissa eadem se incurrisse afferit satisfaciant ut te-
nentur, per te vel per alios monitione premissa per
censuram ecclesiasticam appellatione remota compel-
las. Quod si nec sic prefati Magister & Fratres cu-
raverint restituere supradicta, si expedire videris
Carissimum in Christo filium nostrum . . Illustrem
Regem Boemie attentius moneas, ut super hiis de
reditibus, quos iidem Magister et Fratres obtincent*

in Regno suo satisfieri faciat nobili memorate. Datum Lugduni V. Kalen. Februarii Anno V.

Lyons 28 Jan. 1248. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XXXI.

... Preposito & Capitulo Neweburgen.

Cum sicut accepimus dilecta in Christo filia nobilis Mulier Ducissa Austriae in castro de Obalenberg, quod ad Ecclesiam vestram spectare dicitur, propter ipsius munitionem se receperit & maneat in eodem. Universitatem vestram rogamus, monemus & hortamur attente, districte precipiendo mandantes, quatenus nullam permutationem de ipso castro cum aliquo alio preterquam cum ipsa, que parata est sicut afferit pro eo vobis equivalens assignare concambium, facere presumatis. Datum ut supra.

Lyons 28 Jan. 1248. Zie de By-
voegselen

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

E

XXXII.

XXXII.

• • • *Illustri Regi Ungarie.*

Cum sicut accepimus &c. (ut in litteris Procuratori Eccles. Salzeb. usque intendat) Serenitatem Regiam rogamus monemus, & hortamur at-tense, quatenus dictam nobilem habens pro nostra, & apostolice sedis reverentia propensijs com-mendatam, eidem necessitatis tempore cum ab ea requiritus fueris tam in jure suo, quam contra ip-sos inimicos assistas, ita quod ipsa preces nostras sibi apud te sentiat profuisse, nosque sinceritatis tue zelum merito commendemus. Datum Lugdu-ni V Kalen. Februarii Anno V. In eodem modo Illustri Regi Boemie.

Lyons 28 Jan. 1248.

Zie de By-

voegfelen.

Deeze Brieven van Innocentius IV. be-
rusten in het Pauselyk Archiev.

XXXIII.

• • • *Nobili Viro Corrado Comiti de Han-delr.*

*Gratum gerimus & acceptum devotionem tuam
signis in Domino laudibus commendantes, ac prose-
quen-*

quentes actionibus gratiarum, quod sicut dilecta in Christo filia nobilis mulier . . . Ducissa Austrie accepimus intimante in prosecutione suorum jurium, & precipue contra inimicos Ecclesie astitisti ei viriliter & assistis. Ut igitur quod super hoc laudabiliter fecisse dinoscere per te ipsum nostris excitatus monitionibus laudabilius prosequaris, nobilitatem tuam monemus & hortamur attente in remissionem tibi peccaminum injungentes, quatenus eidem Ducisse in suis juribus & presertim contra fautores F. quondam Imperatoris, quibns zelo fidei & devotionis accensa se proponit opponere, assistas, & auxiliaris viriliter & patenter, ita quod ipsa &c. (ut supra in proxima).

Lyons 28 Jan, 1248.

Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pausfelyk Archiev.

XXXIV.

*Conrado dicto Judeman de Turego militi
crucesignato Constant. dioc.*

*Ex parte tua nobis exhibita petitio continebat,
quod cum Conradus filius Fr. quondam Imperato-*

ris occasione cuiusdam excessus, quem tu in quem nullam jurisdictionem habebat commisisse dicebaris, te duxerit proscribendum, & carissimus in Christo filius noster G. Rex Rom. Illustris proscriptionem illam per quam impeditetur executio tui yoti tanquam a non suo judice factam decreverit nullam esse, prout in litteris eonfectis exinde dicitur plenius contineri: nos devotionis tue precibus benignum imparientes assensum, quod per predictum Regem super hoc factum est ratum & gratum habentes, auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Datum Lugdini II. Non. Februarii Anno V.

Lyons 4 Febr. 1248.

Zie de By-

voegselen.

Deeze brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XXXV.

. . . Preposito Ecclesie de Riva Premonstra-
ten. Ord. Constantien. dioc.

Dilectus filius Conradus dictus Iudeman de Tur-
ego miles crucesignatus sua nobis petitio monstra-
vit, quod cum Conradus filius Fr. quondam Impe-
ratoris

ratoris occasione cuiusdam excessus commissi ab eo ipsum in quem nullam jurisdictionem habebat temeritate propria duxerit proscribendum & Carissimus in Christo filius noster G. Rom. Rex Illustris proscriptionem illam tanquam a non suo iudice factam decreverit nullam esse, prout, in litteris confessis exinde plenius dicitur contineri. Egelofus de Asele miles pater Ite mulieris uxoris militis supradicti Constantien. dioc. occasione hujusmodi predictam Itam uxorem suam quasdam domos, vineas, possessiones & res alias ad dotem spectantes ejusdem ad manus suas recipiens, uxorem & bona prefata per violentiam detinet & sibi reddere contradicit, mandamus quatenus, si est ita, dictum Egelolphum moneas & efficaciter procures inducere, ut predictam uxorem, nec non domos, possessiones, vineas, & alias res ipsius quos confiterit temere occupasse, cum fructibus inde perceptis a tempore occupationis hujusmodi restituere non omittas, ipsum ad hoc si neceſſe fuerit monitione premissa per censuram Ecclesiasticam applicatione postposita veritate cognita compellendo. Testes autem &c. Datum ut supra.

Lyons 4 Febr. 1248. Zie de Byvoegseler.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XXXVI.

.... Preposito Ecclesie Novicastri Lausannen. dioc.

*Dilectus filius nobilis vir Corradus advocatus Friburc nobis exposuit conquerendo, quod nobilis vir, . . Dominus de Valbeesten, & quidam alii Laici Basiliens. & Constantien. dioc. super terris debitibus, & rebus aliis iniuriantur eidem. Unde cum in partibus illis nequeat super hiis sicut afferit coram seculari judice consequi justitie complementum, eo quod gens partium earumdem Carissimo in Christo filio nostro Regi Rom. Illustri, ad quem spectat ipsius patrie dominium, aduersetur persecutori Ecclesie adherendo, humiliter supplicavit super hoc sibi sedis apostolice remedio subveniri. Ne vero iniuriatores predicti de sua malitia reportent comodum in hac parte, aut contingat hac de causa jus prefati nobilis deperire, mandamus quatenus partibus coram auditis &c. Datum Lugduni IV.
Id. Febr. Anno V.*

Lyons 10 Febr. 1248.

Zie de By-

voegselen.

Dceze Brief van Innocentius IV^e berust
in het Pauselyk Archiev,

XXXVII.

XXXVII.

. . . . Episcopo Curonie.

Licet terre sancte negotium sit quam maxime cor-di nostro, causa tamen generalis Ecclesie tanto pro-pensior nos cura sollicitat, quanto majus ex ea, nisi quod absit succedat prospere, periculum imminet, cum ad subversionem tam fidei, quam Ecclesie per-secutor Dei & hominum, tenebrarum angelus, continuatis calide fraudis & doli machinis, ad id se totum totaliter immolans elaboret. Cum igitur Carissimus in Christo filius noster . . . Rex Rom. Illistris causam ipsam assumpserit, eique debetur merito, cum esse debeat advocatus Ecclesie ac de-fensor, nec ad eam prosequendam sufficere valeat per se ipsum, nos attendantes, quod causa ista non est propria, sed communis, & ad omnes pertinet Christianos, ac volentes eidem Regi modis quibus possumus subvenire, mandamus quatenus per totum Imperium secundum quod dilectus fil. noster P. S. Georgii ad velum aureum Diac. Card. apostolice sedis Legatus tibi duxerit iniungendum, in suc-cursum ejusdem Regis prædices & predicari facias verbum crucis. Illam eis qui crucem ad succurren-dum predicto Regi assumpserint auctoritate nostra peccatorum suorum veniam largitur, que conce-ditur

ditur crucis signatis transfretantibus in subsidium terre sancte. Datum Lugduni X. Kalen. Marii. Anno V.

Lyons 20 Febr. 1248. Zie de Byvoeg-selen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

XXXVIII.

. . . *Episcopo Argentin.*

Intellecto pridem, quod cives Basiliens. sub certa forma redire vellent ad mandatum Ecclesie, et Cariss. in Christo filii nostri . . . Regis Rom. Illustris tibi direxisse dicimus nostras litteras inter alia continentes ut dilectum fil. B. Prepositum Grandivallen. quandiu ven. Frater noster . . . Basiliens. Episcopus esset impotens, aut negligens vel remissus predictis civibus in defensorem, aut capitaneum auctoritate nostra concedens ipsis ex parte nostra promitteres, quod eos si juxta tenorem litterarum ipsarum redirent ad mandatum Ecclesie, et in ejus devotione persisterent super eo quod domum ejusd. Episcopi destruxerunt, servari faceremus in.

indempnes, nec permitteremus eos super hoc ab eodem Episcopo vel aliquo alio molestari. Sane nunquam propter hoc nostre intentionis extitit, nec existit, quod idem Prepositus prefati Episcopi esset in aliquo coadjutor, maxime cum ipse super his que spectant ad honorem Dei, & exaltationem Ecclesie ita patienter sollicitus & efficax sit inventus, quod ei non competit alicujus coadjutoris auxilium quamdiu ad executionem cure sibi credite sufficit per se ipsum. Propter hoc autem digne volumus, & Fraternitati sue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si dictus Episcopus quocumque modo ad executionem hujusmodi sufficiens habeatur, ipsum de iminentibus sibi negotiis pro sua disponeret voluntate permittas, & affectu sincero juxta morem super illis cum oportunum fuerit assistas eidem Ceterum si idem Episcopus est per Dei gratiam prout asseritur ita convalescentie restitutus, ut prefatis civibus esse possit capitaneus & defensor, disponas cum preposito memorato, quod de hujusmodi defensione, ac de aliis, que spectant ad ipsum Episcopum se de cetero nullatenus intromittat. Contradictores autem si qui fuerint vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas, nullis litteris obstantibus a sede apostolica impetratis, vel etiam petrandis, que de presentibus plenam non fecerint

*rint mentionem. Datum Lugduni VIII. Kal.
Aprilis Anno V.*

Lyons 24 Maart 1248.

Zie de By-

voegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pausfelyk Archiev.

XXXIX.

. . . . Episcopo Basiliens.

*Cordi semper habuimus & habemus tuam hono-
rare personam, que indefesso spiritu ad hoc intenta
fuisse dinoscitur, ut honor Dei & Ecclesie hostium
utriusque depressa superbia magnifice augeretur.
De hoc siquidem plenitudo potest haberi fiducie,
quod inventionis nostre nunquam extitit, nec exi-
stet, ut aliquid nostri auctoritate mandati fieret,
quod honori tuo, vel Ecclesie tue profectibus de-
rogaret. Ut autem hoc pateat per effectum, ecce
venerabili Fratri nostro Episcopo Argentin. dirigi-
mus Apostolicas litteras continentes, sicut earum
tenor tibi plenius declarabit, ut si quocumque mo-
do ad executionem cure tibi credite sufficiens ha-
bearis,*

bearis, te super imminentibus tibi negotiis pro tua disponere voluntate permittat, & affectu sincero juxta tenorem tibi super illis cum fuerit oportunum existat, ac etiam si es per Dei gratiam, prout asseritur, ita convalescentie restitutus, ut prefatis civibus esse possis capitaneus & defensor, disponat cum . . . Preposito Grandivallen., quod de hujusmodi defensione, ac aliis, que ad te spectant se decetero nullatenus intromittat. Contradictores &c. Cum itaque Frat. venerabilis ex hujusmodi mando percipias, qualis circa te sit nostre sinceritatis voluntatis, digne volumus, & Fraternitatem tuam attente rogamus, quatenus resumptis solite virtutis affectibus in causa Dei & Ecclesie de ipsius plena gratia & stabili favore confisus, ita rigeas, quod quid homines augmentum clari nominis, & tandem ea Dei clementiam perhennis glorie premium sequaris. Datum Lugduni VII. Kal. Aprilis, Anno V.

Lyons 26 Maart 1248. Zie de By-
voegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XL.

P. S. Georgii ad velum atureum Diac. Card.
apostol. sedis Legato.

*Ex litteris Carissimi in Christo filii nostri W.
Illustris Regis Rom. accepimus, quod cum . . .
Pat. Nicolaus de stribese laici vasalli sui, quem
speciali affectu complectitur, Wrowelinam mulie-
rem de sacro fonte levatis, ipse impedimenti hujus-
modi prorsus ignarus, in Ecclesie facie contraxit
matrimonium cum eadem. Quare dictus Rex af-
fectuose petebat a nobis, ut cum eis, quod non ob-
stante impedimento predicto in matrimonio sic con-
tracto possint libere permanere, dispensare de be-
nignitate sedis apostolice curaremus, ac prolem
susceptam ex ipsis faceremus legitimam nuntiari.
Nos itaque dicti Regis precibus annuentes, manda-
mus quatenus inquisita super hoc & cognita verita-
te, si rem inyeneris ita esse, super hoc auctoritate
nostra provideas sicut videris expedire. Datum
Lagduni VI. Idus Aprilis, Anno V.*

Lyons 8 April 1248.

Zie de By-

voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pausfelyk Archiev.

XL I.

Eidem.

Carissimus in Christo filius noster W. Rex Rom. Illustris per litteras speciales petivit a nobis, ut cum sit necessarium in Theotonie partibus Ecclesie negotium magnifice promoveri, vota Frisonum crucisignatorum pro terre sancte subsidio in subventionem predicti negotii commutemus. Nos autem de tua circumspectione confisi, presentium tibi auctoritate committimus, quatenus consideratis circumstantiis universis, crucisignatos hujusmodi usque ad numerum, quem videris expedire, a voto crucis absolvias, ita quod ipsi usque ad terminum, quem eis duxeris presigendum, predicto Regi super ipsius promotione negotii utiliter & diligenter assistant, concessa eis propter hoc peccatorum veniam, que Ierosolimam euntibus indulgetur. Datum ut supra.

Lyons 8 April 1248.
Byvoegselen.

Zie de

Deze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XLII.

. . . . Episcopo Osnaburgen.

*Sincere devotionis affectus quem tu Frater Epis-
cope, ac . . . Abbas Monasterii Corbeien. & no-
bilis vir Octo de Benethem consanguineus Carissimi
in Christo filii nostri . . . Rom. Regis Illustris,
Octo de Tenelxeburg & Henricus de Aldenburg
Comites ad personam nostram & Romanam Eccle-
siam geritis nos inducit, ut vestris precibus quan-
tum cum Deo possumus annuamus. Hinc est,
quod nos tuis & ipsorum supplicationibus inclinati,
mandamus quatenus dilecto filio Fromoldo Canonico
Ecclesie sancti Iohannis Osnaburgen., de quo no-
bis laudabile testimonium perhibetur, in Osnaburg
Civitate vel dioc. auctoritate nostra de beneficio Ec-
clesiastico competenti parochiali, vel alio quam
cito se facultas obtulerit, provideas, vel facias
provideri. Non obstan. quod idem Canonicus alias
beneficiatus existit, vel si in Ecclesia, in qua sibi
providendum duxeris certus sit Canonicorum nume-
rus institutus, juramento, seu quacumque firmita-
te vallat., vel si in ea pro aliis direximus scripta
nostra quibus &c., aut si ejusdem Ecclesie Cano-
nicis sit indulatum a sede apostolica, quod ad recep-
tionem alicujus minime teneantur, vel quod per lit-
teras apostolicas interdici, seu suspendi aut excom-
muni-*

communicari non possint, non facientes de indulgentia hujusmodi mentionem, sive qualibet alia per quam hujusmodi gratia impediri valeat vel differri Contradictores &c. Datum Lugduni V. Idus Aprilis Anno V.

Lyons 9 April 1248. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

XLIII.

*Innotescant tam presentes quam posteri hec presentia
vixi & audituri. quod ego dominus heynricus de
vorne & zelandie castellanus feodum quod dominus
hugo de naeldwyc consanguineus meus a me tenet
post obitum prefati domini hughonis de naeldwyc libe-
rorum suorum superstiti cuiuscunque fuerit sexus con-
tuli iure feodali possidendum; vnde ne de hoc facto
aliqua possit oriri calumpnia prefato domino hugho-
ni & suis pueris hoc praesens scriptum contuli in
munimen sigilli mei appensione roboratum. Da-
tum*

tum in oestvoorne anno domini m. cc. xlviij. in vi-
gilia apostolorum filippi & jacobi.

Oestvoorn 30 April 1248. III. 429,
 454, 461.

Dit Stuk berust op de Holl. Leenkamer (a).

XLIV.

Conradus dei gratia sancte Coloniens. ec-
clesie archiepiscopus, sacri imperij per ytaliam archi-
cancellar. Dilectis in Christo . . abbatibus . .
Archidiaconis . . Prepositis . . Decanis . . Pas-
toribus, nec non & yniuersis Ecclesiarum rectori-
bis in Dyoc. Traiectens. constitutis salutem in do-
mino. Quoniam ut ait apostolus. Omnes stabi-
mus ante tribunal Christi recepturi prout in corpo-
re gessimus sive bonum fuerit sive malum opor-
tet nos diem messionis extreme misericordie operi-
bus preuenire, ac eternorum intuitu seminare in
terrīs, quod reddente domino cum multiplicato fruc-
tu recolligere debeamus in celis. Cum igitur di-
lecti in Christo . . fratres Domus Theutonice apud
Traiectum, & de Domo Scalun, propriis facul-
tatibus

(a) Men vindt het vertaald in de *Beschryv. van den Bril*, p. 2.

ratibus commode non ualeant sustentari nisi fi-
delium elemosinis adiuuentur & Dominus Pa-
pa benefactoribus eorumdem & causa deuotio-
nis uenientibus ad eosdem, & suas elemosinas
largentibus, scilicet in festo Natiuitatis beati
Johannis bapt. ad Domum apud Traiectum con-
tulit integre unum annum. ac etiam in festo
beati Nicolay confessoris ad Domum que Scha-
lun dicitur uenientibus vnum annum. Nos
etiam de omnipotentis dei misericordia & bea-
ti petri, necnon & omnium sanctorum meritis
& precibus confidentes, omnibus qui dictas do-
minus causa deuotionis sicut predictum est uisita-
uerit vnum annum in prefatis festis & singulis
diebus xl. dies de iniunctis sivi penitentijs.
peccata oblita. uota fracta. si ad ea redie-
rint. offensas patrum & matrum sine manuum
iniectione uiolenta misericorditer relaxamus.
Datum Colonie anno domini, m. cc. xl. oc-
tauo. mense Maij.

Keulen. Mey 1248.

III. 219, 368.

Dit Stuk berust in de Archieven van het
Duitsche Huis te Utrecht.

XLV.

... F. S. Georgii ad velum aureum
Diac. Card. Apostolice se-
dis Legato.

Cum dilectus filius Thomas de Bellomanfo
Capellanus noster prepositus Remen. ad succu-
rendum Carissimo in Christo filio nostro . . .
Regi Roman. Illustri potenter & viriliter si-
cut afferit se accingat, nos volentes ei ob hoc
gratiam facere specialem, mandamus quatenus
eidem auctoritate nostra concedas, ut per
triennium existens in obsequiis ejusdem Regis
contra F. quondam Imperatorem & Fautorem
ipsius proventus prebendarum & dignitatum,
ac beneficiorum suorum integre sicut crucisignati
proficiscentes in subsidium terre sancte per-
cipere valeat, ac si in ecclesiis, in quibus ea
obtinet personaliter resideret. Datum Lugdu-
ni XII. Kalen. Junii Anno V.

Lyons 21 Mey 1448.

zie de Ey-

voegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

XLVI.

XLVI.

Eidem.

Cum dilectus filius Thomas &c. (ut in proxima, usque Remen.) in subsidium Ecclesie, & Carissimi in Christo filii nostri . . Regis Rom. illustris proponat accedere sicut afferit cum Clericis, militibus, Armigeris, & servientibus viriliter & potenter, nos eius propositum in Domino commendantes, mandamus quatenus eum, & alios, qui cum eo in subsidium prefatum acceperint, predictum propositum per triennium adimplentes eisdem indulgentiis, privilegiis, libertatibus, & immunitatibus nostra facias auctoritate gaudere, quibus gaudent euntes in subsidium terre sancte. Contradictores &c. Datum us supra.

Lyons 21 Mey 1248.

Zie de

Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust

in het Pauselyk Archiev.

XLVII.

Eidem.

Cum dilectus filius Magister Gilbertus de Auchuel Atrebaten. Canonicus Clericus dilecti filii Th. de Bellomanso Capellani nostri prepositi Remen. una cum eodem preposito in subsidium Ecclesie & Carissimi in Christo filii nostri Regis Rom. Illustris personaliter sicut afferit ire proponat, nos ejus propositum in Dominis commendantes, ac volentes ei ob hoc gratiam facere specialem, mandamus quatenus eidem Canonico prefatum propositum adimplenti auctoritate nostra concedas, ut gaudeat eisdem privilegiis, indulgentiis, & immunitatibus, quibus gaudent eentes in subsidium Terre sancte, & hiis que Capitulum Atrebaten. concanonicis suis transfretantibus in terre sancte succursum dinoscitur concessisse. Datum ut supra. -

Lyons 21 Mey 1248.

Zie de

Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XLVIII.

XLVIII.

Uniuersis presentem paginam inspectu-
ris. Prepositus & totum capiulum ecclesie
sancte Marie in traiecto salutem in omnium
salutarj. Ne gestarum rerum in tempore re-
volutione temporum fiat obliuio causum est &
prouidum rem gestam scripti memorie commen-
dare; Hinc est ergo quod ad notitiam singulo-
rum non solum presentium sed & etiam futuro-
rum volumus pervenire, quod nos vrgente ine-
uitabilj & necessaria redemptione crucis accep-
te a legato fratribus domus teutoniæ prope ec-
clesiam sancte Gertrudis extra muros traiecten.
rendidimus quemdam mansum iacentem inter
bona dominj theodorici dicti capellani scabinj
ex una parte, & inter bona hubertj filij theo-
derici fratris dominj Hubertj quondam scabinj
traiecten. ex altera, tenuis longitudine. latitu-
dine. fine. & limite obseruatis hactenus ab
antiquo sine contradictione qualibet inperpe-
tuum possidendum libere & quiete; renunciato
coram judicio jurisdictionis in qua iacet dictus
mansus omnj jure proprietatis quod habuimus
in eodem; vt autem hec renunciatio proprieta-
tis dictj mansi sub uentionis titulo perpetrata
in perpetuum rata permaneat & inconuulsa

in eius testimonium & munimen presens scriptum predictis fratribus domus teutonice porreximus sigillis uniuersarum conuentualium canonicalium ecclesiarum traiectensrum insignitum; acta sunt hec anno dominice incarnationis, m. cc. xlviij. in crastino petri ad vincula.

Den 2 Aug. 1248. III. 165. IV. 58.

Dit Stuk berust in de Archieven van het
D. Huis te Utrecht.

XLIX.

Ot' o dei gratia Traiect. Episc. Omnibus presentia visuris salutem in domino. Notum vobis facimus quod nos de consilio & assensu Capituli maioris ecclesie & prelatorum in Traiecto contulimus Dilecte in Christo Abbatissae & conuentui de Rinsburg. ordinis sancti Benedicti, ob remedium & salutem Anime nostre, Nouam decimam magnam & minutam Noue terre vel noualium usque ad mensuram Ducentorum gemit que sita est in Walacria inter lemmel & Dunhouede in officio Alardskindskerke. Unde si Abbatii & conuentui de Middelborg premon-

*monstratens ordinis aliqua priuilegia antiqua
renouauimus seu noua contulimus non erat nos-
tre intentionis vel voluntatis dictam decimam
dare eiusdem quam supradicte Abbatisse & con-
uentui specialiter contulimus ac perpetuo possi-
dendam. In cuius rei testimonium & munimen-
presens scriptum sigillo nostro fecimus roborari.
Datum Traiecti Tercio Idus Augusti Anno Do-
mini, m. cc. xl. Octauo.*

Utrecht ii August. 1248. III. 250.

IV. 193.

Dit Stuk berust in de Rynsburgsche
Archieven.

L.

*Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex &
semper Augustus, Universis Imperii fidelibus
presens scriptum inspecturis, gratiam suam &
omne bonum. — Datum in Castris apud Wer-
dam. 3 Idus Decembris Indictione sexta, Anno
Domini 1248. Anno autem Regni nostri primo.*

Leger voor Keyzersweerd 11 Dec. 1248.

Zie de Byvoegselen.

L I.

L I.

¶ *Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus univeris Imperii fidelibus suis gratiam suam & omne bonum. — Datum apud Werdam X Kal. Jan. Anno Dom 1248; in Anno vero regni nostri primo, indictione sexta.*

Keizersweerd 23 Dec. 1248. Zie de Byvoegselen.

L II.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, dilecto Principi suo venerabili Episcopo Sedunensi gratiam suam & omne bonum. — Datum in Castris apud Engeltein anno Domini 1249. XI. Kalend. Martii, Indict. VII, Regni nostri Anno I.

Leger voor Ingelheim 19 Febr. 1249.
Zie de Byvoegselen.

L III.

In nomine sanctæ & individuae Trinitatis. Ego Wilhelmus, Dei gratia Rom. Rex

¶

& semper Augustus. — Datum in Castris apud Engelheim. Anno Dom. 1247. XI. Kal. Martii Indictione VII. (hier by is een I. te veel, by het Jaargetal een te weinig) *Regni nostri Anno I.*

Leger voor Ingelheim 19 Febr. 1249. Zie de Byvoegselen.

LIV.

Io. Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus. Universis Romani Imperii fidelibus, hanc literam inspecturis gratiam suam & omne bonum. — Datum in Castris apud Ingelnheim tertio Idus Martii, Indictione VI.

Leger voor Ingelheim 13 Maart 1249.
Zie de Byvoegselen.

LV.

Willemus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus dilectis fidelibus suis universis pari- bus, nobilibus, Castellanis, hominibus censuali- bus ac aliis hominibus omnibus, cuiuscumque

H

com-

conditionis fuerint, Comitatui & castro Namurensi attinentibus, gratiam suam & omne bonum. — Datum apud Maguntiam Anno Domini 1248. V. Cal. Maij Indict. VI.

Mayntz 27 April 1249.
Byvoegselen.

Zie de

L VI.

Villelmus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus. Universis Imperii fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, gratiam suam & omne bonum. — Actum apud Nassowe Anno Domini 1249. VII. Idus Maij. Iudictione VI.

Nassau 9 Mey 1249.
voegselen.

Zie de By-

L VII.

..... ium inspectoribus innotescat. quod ego Henricus de Lecka miles fratribus nice in trajecto quinquaginta libras Holland, pro animi patris mei Domini Volpertii orie remedi & salute in elemosinam erogavi. assignando sibi apud piscinam posterstale quinque Libras dictae monete

monete singulis annis in festo sancti Laurentii recipiendam quoad usque cum predictis quinquaginta libris redemere dictas quinque libras anue pensio- nis in piscina potterstale assignatas. de quibus vero quinquaginta libris prenotatis postquam dic- tis fratribus fuerint persolute ipsi ement heredita- tem valentem quinquaginta libras vel in Comicia Holandenf. vel in dyoceſi traiectens. proqua here- ditate ipsis habita patris mei memoria ſimiliter mea perpetue pocior habeatur. in cuius rei robur & testi- monium predictis fratribus contuli prefens scriptum ſigilli mei munime roboratum actum & datum traiecti anno domini m. cc. xlix. in vigilia beati Laurentii Martyris.

Den 9 August 1249.

III. 150.

Dit Stuk berust onder de Archieven van het Duitſche Huis te Utrecht.

LVIII.

Heynricus miles dominus de voeren & castella- nus zelandie yniuersis presentes literas inspecturis salutem. Nouerint yniuersi tam presentes quam futuri quod nos contulimus in feodum hereditarium jaco bo de pernolle & heredibus suis usque in perpetuum perticas quas appellamus stale apud

H 2

ma.

matenesse & a portu de pernesse in merivede usque ad scoenreloe. Ita ut nullus alius a predicto portu usque scoenreloe perticas excepto ipso jacobo siue homine ex parte sua figere aut collocare presumat, volentes dictum j. uel eius successores quicquid emolumenti uel lucri ab ipsis perticis poterit prouenire libere & pacifice possidere. tali interposita conditione. quod ipso jacobo deceidente siue eius heredibus, ab illo ad quem dictum feodium per formorturam fuerit deuolutum, nobis aut heredibus nostris seu aliquibus alijs, qui hoc ex parte nostra de iure habere debuerint quadraginta solidi Holl. causa recognitionis nostri dominij que vulgariter herewade nuncupatur in qualibet formortura semet tantummodo persoluentur Hec autem concessio facta est apud middelburg Anno domini m. cc. xl. nono. mense januario in presentia illustrissimi principis domini Willelmi Regis Roman. In cuius rei testimonium & munimen presentem paginam sigillo nostro & sigillis fratrum nostrorum domini hugonis domini theoderici & domini aelberti Nec non & sigillis domini hugonis de naeldwik & domini wilhelmi de b'rederode fecimus roborari.

Middelburg January 1250.

Dit Stuk berust in de Hollandsche Leenkamer (a).

(a) Men vindt het vertaald in de *Beschryf v. d. Brief p. 3.* welke vertaaling wy telkens aangehaald hebben.

LIX.

Omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filijs præsentes litteras visuris, Symon Miles de Haerlem salutem in Christo Iesu perpetuo duraturam; Noverit universitas tam præsentium quam futurorum; quod terram quam Theodericus filius Domini Allaerdi Doue dicti quondam possedit, dilecto nostro Jacobo de Hilchebrocke oppidano in Haerlem sub titulo feodali contulimus habendam et perpetuo possidendam, tali tamen sub interposita conditionis forma; si præfatum Jacobum universæ carnis viam subire contigerit, senior filius dicti Jacobi eandem terram jure feodali obtinebit, si autem filius defuerit, ad seniorem filiam sub modo jam dicto prænominata terra revolvetur, & sic de puerō ad puerum ipsius Jacobi dictam terram sub jure feodali judicavi revolvendam; si vero senior filius vel filia saepe dicti ad quem vel ad quam terra prædicta revoluta fuerit, filios vel filias generaverit, ad ipsos filios vel filias sicuti dictum est. de pueris saepe nominati Jacobi de puerō ad puerum prælibatam terram sub dicto modo dicimus revolvendam. Præterea si filius vel filia terram dictam possidens sine fructu puerorum obierit ab hijs pueris saepedicti Jacobi de uno puerō alio terram ipsam protestamur possidendam, & sic de puerō ad puerum per-

*petua præcipimus veniendam Insuper & suæ Uxori
sæpe dicti Jacobi dimidietatem terræ prænominatae
quamdiu rixerit concessimus habendam & libere
perfruendam. Et ne talis donatio nostra ab aliquo
in posterum infirmari præsens scriptum sigilli nos-
tri munimine dignum duximus confirmandum.
Datum apud Harlem Anno Domini m. cc. l. In vi-
gilia beatæ Agnetis,*

Haerlem 20 January 1250. III. 430,
447.

Dit Stuk berust op de Hollandsche
Leenkamer.

L X.

Nob. vir. Octoni Comiti Gelren.

*Ut super perceptione fructuum decimarum quas.
te ac antecessores tuos a tempore, cuius memoria
non existit, afferis percepisse, tue conscientie quam
remordentem habere diceris satisfiat, promerente tue
devotionis affectu quod ipsarum decimarum fructus
libere possis percipere, dummodo receptos vel eorum
partem & recipiendos expendas. Ca. in Christo fil.
nostro W. II. Regi Ro. in negotio Ecclesie affis-
tenda*

*tendo auctoritate tibi pref. indulg. Nulli ergo &c.
Datum Lugduni X V. Kal. Aug. Anno VIII.*

Lyons 18 July 1250.

Zie de By-

voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

L X I.

*Nos Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex
semper Augustus univeris Imperii fidelibus hanc
litteram inspecturis gratiam suam & omne bo-
num. — Datum in Castris apud Oppenheim,
Anno Domini 1250. XII. Calend. Aug. Indictio-
ne octava.*

Leger voor Oppenheim 21 July 1250.
Zie de Byvoegselen.

VII

L X I I.

*Conrado Clerico Nepoti nob. vir. Dapiferi
Ecclesie Magunt.*

Cum

Cum sicut accepimus in maguntina Ecclesia proprio motu Capituli ecclesiæ receptus sis in Can. & in frat. nos obtenu Car. in Christo fil. nosiri W. Reg. Ro. Il. nobis pro te super hoc per suas litteras supplicantis receptione hujus ratam & gratam habentes, ipsam prout alias est canonica auctoritate apostolica concedimus & pres. scripti patrocinio communimus, defectum si quis in eo fuisse dinoseitur in receptione predicta quod nulla ibi tunc prebenda vacabat supplentes de plenitudine potestatis non obstat. quod tales receptiones per Legatos sedis apostolice in partibus alamanie revocate dicuntur, vel si dicti Legati contra receptos hujusmodi sive receptores ipsorum aliquas propter hoc sententias protulerunt. Nulli ergo Et. Datum Lugduni VI. Kal. Decembris Anno VIII. Datus est ei super hoc conservator . . . Abbas de Crunow Treyeren. Dioc.

Lyons 26 Nov. 1250. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pausfelyk Archiev.

1250. 11. 26. 1250. 11. 26.

LXIII.

LXIII.

*Henricus dei gratia Ecclesie Traiectens. Electus.
 & G. maior eiusden ecclesie prepositus. Omnibus
 presentia visuris salutem in domino. Nouerint
 vniuersi quod nos Preceptor & fratribus domus
 Theutonice Sancte Marie Traiectens. liberam conces-
 simus facultatem edificandi infra muras Traiectens.
 iuxta ecclesiam beuti Nicolai. ipsamque ecclesiam cum
 suis prouentibus in subsidium terre sancte integrar-
 iter contulimus eisdem iure perpetuo possidendam
 & per ipsorum fratres sacerdotes deseruiendam. de qua
 singulis annis vj. libras Traiectens. Preposito maioris
 ecclesie qui pro tempore fuerit in perpetuum exhibe-
 bunt saluis juribus sinodalibus que consueuerunt
 eidem preposito de ipsa ecclesia exhiberi. Et ne
 quis hanc nostram liberam donationem occasione
 quacumque ualeat infringere predictis Preceptor &
 fratribus presentem paginam sigillorum nostrorum
 munimine dedimus roboratam. Atcum anno domi-
 ni. m. cc. Quinquagesimo jn crastino beati Andreae
 apostoli.*

Den 1 Dec. 1250.

IV. 217.

Dit Stuk berust in de Archieven van het
 D. Huis te Utrecht.

I

LXIV.

LXIV.

Innocentius episcopus feruus seruorum dei. Dilecto filio . . Electo Traiectens. salutem & apostolicam benedictionem. Exhibita nobis dilecta in christo filie. Abbatisse Monasterij de Rimsburg ordinis sancti Benedicti tue dioc. petitio continebat. quod nonnullae Moniales & conuerse dicti Monasterij pro uiolenta injectione manuum in se ipsas & quedam etiam pro detentione proprij ac etiam pro denegata ei & Abbatissis que ipsi Monasterio presuerunt pro tempore obedientia seu eonspirationis offensa in excommunicationis laqueum inciderunt & quedam ingressum habuerunt in ipsum Monasterium per uitium Simonie. Quare super hys earum prouideri saluti a nobis humiliter postulauit de tua igitur circumspetione plenam in domino fiduciam obtinentes, discretioni tue presentium auctoritate concedimus ut easdem excommunicatas per te uel per alium hanc uice absoluas ab excommunicationum huiusmodi sententijs iuxta formam ecclesie uice nostra. iniungens eis quod de iure fuerit iniundendum. Proprium autem si quod habent Moniales & conuerse predicte in manibus abbatisse ipsius fatias resignari in utilitatem dicti Monasterij conuertendum. Processurus circa illas que prefatum Monasterium sunt ingresso mediante uitio Symonie secundum

dum statutum Concilij generalis. Datum Lugdun.
iij. non. Decembr. Pontificatus nostri anno Oc-
tauo;

Lyons 3 Dec. 1250. III. 236.

Dit Stuk berust in de Rynsburgsche Ar-
chieven.

L X V.

Spiren. Episcopo.

*Ne perturbatores negotii ecclesie ac Imperii in
partibus Alamannie de ignorantia hujus negotii se
valeant excusare ut expedit providere volentes,
mandamus quatenus loca omnia ipsorum partium
quocumque nomine censeantur, quorum domini ac
Incole F. quondam Imperatori vel C. nato suo
aut ipsorum fautoribus favere ac adherere presu-
munt vel cum eis sub treuguarum pretextu, vel
specie federis socialis pactiones vel conventiones con-
trahunt in dispendium negotii quod ad presens per
Ca. in Christo fil. n. W. Regem Romanor.
Ill. aliosque sibi in communione fidelium
adherentes contra prefatum F. persecutorem
ecclesie promovetur per te vel per alios
auctoritate nostra supponas vel supponi facias pu-
blico ecclesiastico interdicto, talium personis nomi-*

natum excommunicationis vinculo innodatis, ita quod tandiu careant omnibus ecclesiasticis sacramentis, donec ad mandatum ecclesie revertantur & ne aliquos predicto F. vel ipsius fautoribus aliqua impietatis colligatio teneat aliquatenus obligatos, eos auctoritate nostra decernas ad quod jus, sed us treuguarum sive societatis vel conventionis seu passionis cum illis initum in predicti Regis & negotii detrimentum aliquo juramenti vel fidei vinculo non teneri. quin potius illos denunties ab hiis penitus absolutos. Non obstan. aliquibus indulgentiis apostolicis quibuscumque personis aut locis concessis vel etiam concedendis sub quacumque forma & expressione verborum, cum nostre intentionis non fuerit, nec existat, per tales indulgentias ipsi negotio aliquatenus derogare. Datum Lugduni Non: Decembris Anno VIII.

Lyons 5 Dec. 1250.

voegselen.

Zie de By-

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

LXV.

Fratri Johanni de Dist de Ordine frat. Minorum Leadien. Dicr.

Ex

Ex parte Car. in Christo fil. N. W. Romanor.
Regis Ill. nobis extitit supplicatum ut cum Waltero Armigero Laico qui eidem Regi fideliter in Regni deservit negotio nunc instantे quod cum uxore sua in matrimonio quod quarto coniuncti consanguinitatis gradu ad invicem contraxerunt remanere valeant impedimento consanguinitatis hujus. non obstante dispensare de benignitate sedis Apostolice curaremus. Cum igitur quoslibet dicto Regi in eodem negotio assistentes prosequi favore ac gratia cupiamus, circumspectioni tue de qua plenam in domino habemus fiduciam auctoritate pref. duximus committendum, quatenus si est ita & dictus Rex id petierit cum eisdem Waltero & Uxore auctoritate nostra dispenses super matrimonio sic contracto. Datum Lugduni V. Id. Januar. anno VIII.

Lyons 9 Jan. 1251.

Zie de By-

voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

LXVI.

*Nicolao dicto Scarfo Scriptori nostro Canon.
Cameracen.*

*Sicut Ca. in Christo fil. nostro W. Rege
Ro. Ill. accepimus intimante: dil. fil. Do-
minicus de Caleno clericus suus grata sibi &
fide-
lia iamdiu impendit obsequia & exhibit incessanter
nos igitur propter hoc ipsum dignum sed. ap. gra-
tia reputantes mandamus quatenus in Regno Ala-
mannie de prebendali vel alio ecclesiastico beneficio
competenti etiam si curam animarum quamcito se-
fa. ob. per te vel per alium eidem Clerico provi-
dere procures. non obst. si eccliesia in qua sibi
provideri contigerit, & collegiata fuerit certum
habeat canonici. numerum juramento vel confir-
matione sed. apostolice aut quamcumque alia firmi-
tate vallato, vel si direximus scripta nostra ibi-
dem pro aliis quoad affecutionem aliarum preben-
darum nolumus prejudicium generari, aut si ali-
quibus sit ab eadem sede concessum, quod ad re-
ceptionem vel provisionem cuiusquam compelli seu
excommunicari interdici nequeant vel suspendi, vel
quavis indulg. cuius tenor de verbo ad verbum sit
presentibus inserendus, vel de numero fieri debeat
mentio receptorum, vel quelibet alias per quam
hujus gratia impediri valeat vel differri. aut quod
idem*

idem Clericus alias beneficiatus existit. Contradictores &c. Datum Lugd. II. Non febr. Anno VIII.

Lyons 4 Febr. 1251. Zie de Byvoeg-selen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

LXVIII.

*De Eberach & de Bilhilhusen. Abbatibus
Cist. Ord. Heripolen. Dioc.*

*Ad nostram noveritis audientiam pervenisse,
quod cum paucis elapsis temporibus Car. in Christo
fil. noster W. Romanor. Rex III. Oppenheim &
Gerlinhusen & Breghete castra rebellium Imperii
obstdere nonnulli ex vestrorum Monasteriorum
Conventibus monachi & Conversi qui eiusdem Re-
gis & eidem Assistentium obsequiis deputati ob-
dioni hujusmodi affuerunt, urgente victualium
inedia carnes edere sunt coacti contra vestri ordinis
instituta. Quia igitur quod per inhibitionem hu-
jusmodi ordinis illicitum fuerat necessitas & etiam
ut dicitur eius qui superior ibi erat auctoritas lici-
tum*

*sum reddiderunt discretionem vestram hortandam
duximus & monendam dist. precipiendo mandantes
quatenus nullam ipsis invitis occasione hujusm. pe-
nam sive penitentiam infligatis. Dat. Lugduni
Non. Feb. Anno VIII.*

Lyons 5 Febr. 1251.
voegselen.

Zie de By-

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

LXIX.

Ducisse Austrie.

*Progenitorum tuorum monumenta suadent ut in
sinceritate fidei erga Deum eius ecclesiam sacri
cultus obsequio venereris, & nos gaudemus in do-
mino quod sicut accepimus non degeneras in hoc a-
claritate parentum. set eos laudabili morum simili-
tudine imitaris. hausimus & nos quoque a prede-
cessoribus nostrorum exemplis sincere caritatis affectum
ad instar eorum te ad domum tuam paterne dilec-
tionis visceribus continentes, ac tuorum zelantes
profectum incrementa. Hinc itaque nos tui cura
sollicitat, ut inter multos urgentium negotiorum tur-
bines quibus nostre occupationis instantia fatigatur,
bono-*

bonorum tuorum non immemores que tue sunt honorificentie cogitemus. Attendentes igitur quod tibi ac subditis tuis utiliter expedit inter difficultates quas tibi citata presertim mundi malignitas ingerit viri solatio non carere quem fidum tui custodem habeas & contra adversantia protectorem. Nob. tuam rogamus attente, ac sano consilio suademos quatenus cum aliquo qui tuo connubio congruat, matrimonium contrahas dil. fil. magistri Jacobi Archidiaconi Laudunen. Capellani nostri exhibitori presentium in hac parte consilio acquiescens in dil. fil. florent. de Ollandia Ca. in Christo fil. n. W. Regis Romanor. Ill. German. virum utique sicut accepimus tam forma quam moribus tuo connubio congruentem dirigas vota tua ipsum recipiens in maritum ut tibi in domino per commercium honestatis accrescens & coherens in spiritu unione tuum fiat caput in Christum & in gubernatione Rei domestice adjutorium salutare. Datum Lugduni XII. Kal. martii Anno VIII.

Lyons 18 Febr. 1251. Zie de Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pausfelyk Archiev.

LXX.

. . *Duci Saxonie.*

Optantes toto desiderio te ad devotionem matris ecclesie advocare nec non & Ca. in Christo fil. nostro W. Regi Romanor. Ill. ac Imperialis culminis fastigium Deo propitio in proximo sublimando indissolubili vinculo counire quo secum cor unum & anima eadem censematis Nob. tuam rogamus, monemus, & hortamur attente, ac sano tibi consilio suademus quatenus nob. mulier. natam tuam dotatam magnifice prout sponsam deceat ad Imperialis culminis fastigium assumendam eidem Regi velis tradere in uxorem ut & tu glorieris te natam propriam imperialis celstitudinis fecisse consortem, ac idem Rex per eam utpote per individuam corporis sui patrem habere se gaudeat te parentem. quod utique sicut indubitata fide speramus tam tibi quam sibi proveniet dante Domino ad profectum.
Datum Lugd. XII. Kal. Martii Anno VIII.

Lyons 18 Febr. 1251.

Zie de

Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pausselyk Archiev.

LXXI

LXXI.

Duci Saxonie.

Optantes toto desiderio te ad devotionem matris ecclesie advocare nec non & Ca. in Christo fil. n. W. Regi Romanor. Ill. ad Imperialis culminis fastigium deo propitio in proximo sublimando indissolubili vinculo coiunire quo secum cor unum & anima eadem censemur No. tuam rogamus monemus & hortamur attente, ac sano tibi consilio suademus quatenus non mulierem natam clare me. Regis Date neptiem tuam eidem Regi studeas nuptiali federe copulare ut per hoc tibi vinculo amoris indissolubiliter alligatus habeat te per indubitatam confidentiam in omnibus Regni negotiis veluti patrem quod ubique tam tibi quam sibi ad utilitatis commodum & magnificentie gloriam procul dubio credimus profaturum. Dat. ut suprd.

Lyons 18 Febr. 1251. Zie de By-
voegfelen:

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

LXXII.

. . . Archiepiscopo Colonien.

Non est preter spem quam de tue fraternitatis sinceritate concepimus etsi novam congratulationis materiam nobis attulerit quod sicut Ca. in Christo fil. n. W. Rex Romanor. Ill. significare curavit & ven. f. noster Episcopus Alamanen. nobis retulit viva voce in negotio ecclesie ac Regis ejusd. eam hoc presertim anno prosecutionis diligentiam habuisti, qui te probavit fidem ejusd. negotii zelatorem: super quo sollicitudinem tuam dignis prosequimur laudibus & actionibus gratiarum. Sane licet abundans sit sollicitare sollicitum & vigilem excitare, quia tamen de medio vite presentis F. quondam Imperatore sublato verum ex hoc suborta facilitas ad effectum promovet dictum negotium prosequentes mandamus quatenus oportunitatis domino auxiliante provisam non patiaris inutiliter preterire, sed sic cooperari siudeas successum casibus qui ex superna dispositione concurrunt dicto Regi velut tue protectionis alumpno per indefessam sollertia asistendo, quod idem Rex te sui recognoscat precipuum promotorem, ac se Ap. tuis ascribat titulis secutore prosperitatis augmentum. &

ANNO

exinde

exinde interius te contineat in visceribus caritatis tue super hoc devotionis obsequia libro il-labilis memorie mandatura. Volumus insuper & mandamus ut omni occasione postposita ad nos personaliter venire procures: super premisis & aliis nobiscum utiliter Deo propitio trac-tanrus. Dat. ut supra.

Lyons 18 Febr. 1251.
Byvoegselen.

Zie de

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pausselyk Archiev.

LXXIII.

anno I

Magistro Jacobo Archid. Laudunen. Ca-pellano nostro.

Cum ve. f. n. Episcopus Albanen. multa bona & laudabilia testimonia de te retulerit co-ram nobis & fratribus nostris nosque diligentiam tuam didicerimus pluries per effectum tuam ex hoc sollicitudinem commendamus: volentes te propter hoc in quantum cum deo poterimus spe-ciali gratia prosequi & favore quam in com-missis tibi negotiis & per tuam industriam pru-

K 3

denter

*denter promotis dinosceris incurrisse. Verum quia
per te tanquam per probatum virum volumus
eiusdem ecclesie negotia promoveri; dis. tuam ro-
gamus & hortamur attente, mandantes qua-
tenus assumpto tecum fratre Theoderico Magis-
tro domus Theutonicorum Pruscie qui linquam
novit theutonicam accedas ad Duces, Marchio-
nes & Comites Imperii revokes eos ad devotio-
nem ecclesie & ad prestandum homagium Ca-
in Christo fil. n. W. Regi Romanor. Ill. effi-
caciter inducere satagas iuxta prudentiam a
domino tibi datam nec expavescas onera eccle-
sie Rom. subire que te virum industrium com-
probarunt ac filium in devotione sedis aposto-
lice generosum. Dat. ut supra.*

Lyons 18 Febr. 1251.

Byvoegselen.

Zie de

Deeze Brief van Innocentius IV: berust
in het Pauselyk Archiev.

LXXIV.

*Archiepiscopis & Episcopis & aliis eccl-
esiistarum Prelatis Regnum Alamanie
presentes literas inspecturis.*

Cum

Cum dil. fil. magistrum Jacobum Capellam nostrum Archid. Laudunen. latorem prede ipsius confisi prudentia pro negotiis ecclesie in Regno promovendis Alamanie destinemus, Uni. Vestram rogamus monemus & hortamur attente, mandantes quatenus ipsum tanquam specialem apostolice sedis nuncium prout convenit honorantes eidem pro se familia & electoribus suis sufficienter necessaria ministretis ita quod devotionem vestram inde merito commendemus. Datum ut supra.

Lyons 18 Febr. 1251. Zie de By-
voegselen.

Deze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

LXXV.

Duci Saxonie.

*Corde nostro in illa olim credulitate firmato,
quod sicut genere nobilis, sic & virtute conspi-
cuus habereris, ac in mente sollicitus, quod
ad Dei honorem effe ecclesie in oportunitate
deve-*

devotus. delectabile nobis fuit te in domino sincera caritate diligere, ac illa promovere promptis affectibus que tuis votis accedere videbamus. hujusmodi autem specialis affectio durat in nobis & omnia suscipit incrementa sub illius occursu fiducie quod tu qui olim in nubilo studiisti per affectum esse lucis filius. haberi velis ad opus ecclesie in hoc sereno tempore magnifica & efficaci devotione preclarus. maxime cum dextera domini faciente virtutem sublatus sit de medio ecclesie persecutor. cui quasi de quadam necessitate pro eo videbaris astringi, quod de filia tua sponsalia contraxeris cum eodem. Licet sibi pro suis culpis ab ecclesie communione preciso nulla propter hoc affectio debetur, sed esset penitus una cum predicta tua filia postponendus, eo quod secundum doctrinam in evangelica veritate traditam conditor & Redemptor noster sit preferendus omnibus patre ac matre fratribus, sororibus & filiis pro sui nominis gloria derelictis. Quid ad ista benedicta fili aperte intelligis & manifeste cognoscis, quod multa hinc inde olim concurrerunt obsta-
cula, ne Christiana Religio debite pacis solatio foveretur, & ne sancta Romana Ecclesia fidelium mater per divinam providentiam instituta posset juxta morem & votum illis in-
tendere. que ad divinum honorem facerent

&

¶ ad salutem gentium devotorum Altissimo redundarent. Quia vero per Dei gratiam cessantibus tenebris jam orbi terre plenitudo lucis advenit ita ut catholicis Principibus & tibi precipue sit facilissimum quod te habeat Ecclesia pugilem & indevotorum ac Rebellium magnificum deppressorem. nobilitatem tuam affectuose rogandam duximus & monendam in Remissionem tuorum peccatorum injungentes, quatenus duce salutis Angelo te ducem egregium & famosum ad illa dirigens per que tua mater Ecclesia exultationis plenitudine perfundatur. Cartissimo in Christo filio nostro W Regi Romanorum. Illustri sublimando in proximo ad fastigium Imperialis honoris te nulla interposita tarditate reddas omni devotione placitum & prestes eidem fidelitatis debite juramentum ita sibi patenter & potenter assistens quod ipse tui favoris fultus auxilio in hiis que sunt ad honorem Ecclesie ac tranquillum statum Imperii possit triumphaliter Deo propitio prosperare & exinde proveniat quod ipse circa te ac tuos semper habere gaudeat benevolentiam specialem: & ecclesia cui precipuus honor super hoc impenditur tibi exinde ad condigna gratiarum premia teneatur. Nec aliquid super hiis pretextu Corradi vel alterius natorum ipsius frid. confurgat obstatulum cum ipsi nullum jus habeant in Imperio, cuius non successione, sed electione dignitas obtinetur. ut autem super huius plenius & clarius sumnam intentionem.

*nis nostre percipias, dilect. filium Magistrum Jacobum Archidiaconum Laudunen. Capellatum nostrum & fratrem Therricum preceptorem hospitalis sancte marie Theuthonicorum in Pruscia viros utique discretos & providos. ac nobis pro sue divotio-
nis meritis gratos plurimum & acceptos ad tuam presentiam destinamus. Quibus super premissis fidem plenam adhibeas & exprimas nobis per ipso-
rum prudentiam quod in tua voluntate geritur, &
in desiderio continetur. habita certa fiducia quod
in hiis que secundum deum tibi esse votiva senserimus.
Nos liberales & promptos cum paterna benignitate
reddemus. Datum Lugduni XI. Kal. Mar. An-
no VIII.*

Lyons 19 Febr. 1251.

Zie de By-

voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

LXXVI.

Marehioni Misnen.

*Dudum habuit in votis ecclesia quod inter subli-
mes personas Theutonie se potentia & nobilitate*

6072

conspicuum in hiis que ad ipsius honorem ac devo-
torum ejus comodum redundarent, inveniret cum
pia facilitate devotum. sed forsan id pro eo prove-
nire non potuit quia quondam persecutori ecclesie
frid. quasi de quadam necessitate tenebaris astrictus
cum ipse filiam suam in domo tua locaverit ut filio
tuo matrimoniali federe jungeretur. Certe virum
tanti nominis & virtutis sicut tu esse diceris & vi-
deris id impedire non debuit quin conditori ac re-
demptori tuo te gratum & acceptum redderes as-
sistendo viriliter necessitatibus ecclesie quam ipse
creator omnium instituit & virtute sui pretiosi san-
guinis consecraverit. Qui ad ista vir provide vir
intelligens & famose cum dictus frid. sicut divine
voluntati placuit iam de medio sit sublatus adest
tibi libera & plena facultas ut quod olim circa re-
verentiam matris ecclesie omisisti per tante deyotio-
nis effectum redimas sicut decet tui nominis claritatem.
Nec aliquid super hoc parare debet obsta-
culum matrimonium memoratum quod cum olim
pro etatis defectu nequiverit nec possit hiis tempori-
bus consumari. tu vir sicut probate circumspectio-
nis intelligis quid de ipso tibi possit accrescere con-
modi vel honoris. Rogamus itaque nob. tuam af-
fectione qua possumus in remissionem tuorum pec-
cat. injungentes quatenus pro illius honore qui te
in multis extulit & multipliciter in prosperis am-
pliavit animum tuum ad illa dirigens per que dic-

*ta ecclesia gaudii plenitudine perfundatur. Ca. in
Christo fil. n. &c. (ut supra in proxima).*

Lyons 19 Febr. 1251.

Zie de By-

voegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

LXXVII.

. . . *Duci Bayarie spiritum consilii sanioris.*

*Dudum &c. (ut supra usque non potuit)
quia quondam persecutor ecclesie f. tibi pre aliis
ipsum timentibus erat illa de causa specialiter me-
tuendus quam tu prout creditur cum suspiriis sepe
recogitas & multi etiam in mente sua non sine qua-
dam horribilitate revolvunt. Cum autem meren-
tium consolator dominus multorum inductus lacri-
mis & lamentis tirampnum illum de medio substi-
lerit, & populo Christiano materiam dederit multe
tranquillitatis & pacis; tibique plenam paraverit
libertatem qui robur tue potentie in virtutum exer-
citio magnifice valeas experiri. Nob. tuam omni-*

que

qua possumus affectione rogamus in remiss. tuorum peccat. mandantes quatenus in divinis beneplacitis exequendis tuam reverenter inclinando cervicem ad devotionem sancte Rom. ecclesie matris tue promptis affectibus revertaris & Ca. in Christo fil. nostro IV. Ec. (ut supra usque prosperari) nec impedimentum aliquod super hiis pretextu Corradi aut alterius natorum supradicti fr. proveniat cum ipsis vel alter eorum nullum jus habeant &c (ut supra usque obtinetur) Ut autem super hiis plenius & clarius summam intentionis nostre percipias dil. fil. fratrem Henr. de ord. predic. penitentiarium n. virum utique discretum & providum ac nobis profue devotionis meritis gratum plurim. & acceptum ad tuam presentiam destinamus. cui super premissis fidem plenam adhibeas, & ita vigili mente perficias quod pie tibi suggestimus in hac parte ut dictus Rex circa te ac tuos semper habere gaudeat benivolentiam specialem & ecclesia cui precipuus super hoc honor impeditur tibi extinde ad gratiost favoris premia teneatur. Aloquin per eandem ecclesiam quantum ipsa per se ac omnes devotos ejus poterit nec non per eundem Regem contra te spiritualiter & temporaliter procedetur. ita qui tandem dextera divina triumphante cum multa spiritus anxietate percipies quod inconsultum & pericolosum extiserit exaltantis Mauris ecclesie amplexus felicissimos effugisse. & Iace posposita te illis ingessisse

*tenebris, in quibus & ruina temporalis haberi di-
noscitur. & perditionis eterne materia continetur.
Datum ut supra.*

Lyons 19 Febr. 1251.

Zie de By-
voegselen.

Dceze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

LXXVIII.

Ducisse Bavarie.

*Credimus quod Regis eterni benignitas illum tibi
dederit intellectum, ut clare percipias & agnoscas
quod & temporalis prosperitas per ipsum acquiritur
& eterna felicitas per eius gratiam obtinetur vigi-
lantibus in vanum & sua perdentibus consilia seu
labores, qui sine ipso vivere gestiunt vel absque
sue protectionis auxilio posse subsistere meditantur.
Si autem filia benedictionis & gratie mentem tuam
virtutum dominus luce talis intelligentie illustravit,
nulla de causa in illum debes inclinare consensum
quod nobilis vir. Dux Bavarie maritus tuus diutius
divine*

Divine oculos majestatis offendit sancte matris ecclesie postponendo reverentiam & illis contra ipsam parando auxilium vel favorem, qui si recte consideras deberent ab eo non amabiles sed horribiles reputari. Rogamus itaque nobilitatem tuam in domino in remiss. tuorum peccat. mandantes quatenus predictum virum tuum pro divini honore nominis sicut efficacius potueris exhortaris ut piis monitis que sibi per scripta nostra direximus sine alicujus dilationis ac difficultatis obstaculo acquiescat redeundo ad devotionem ecclesie propriis affectibus & Ca. in Christo fil. n. W. Reg. Rom. Ill. sublimando in proximo ad fastigium Imperialis honoris, favorem exhibendo magnificentem ac prestanto fidelitatis debite juramentum ita quod ipsa ecclesia & idem Rex sibi unanimiter ad fructuosi favoris premia teneantur. & tu exinde coronam perennis glorie merearis multis evitatis dispendiis que specialiter ipsi Duci & tibi etiam imminere poterunt si quod absit idem Dux ad Deum & ecclesiam converti negligat vel per devia erroris consueti discurrere non desistat. Dat. ut supra.

Lyons 19 Febr. 1251. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius I V. berust
in het Pausfelyk Archiev.

LXXIX.

. . . *Duci de Brunswic.*

Fidelium mater ecclesia dudum in votis habuit quod inter Nobiles & sublimes personas &c. (ut supra in littera Marchioni Misnen. usque non potuit). ,quia quondam persecutor ecclesie fr. me-tuendus tibi sicut et multis aliis occurrebat. Quia vero divina providentia faciente ipso sublato de me-dio plena undique libertas occurrit, ut quod olim in mente latuit devotorum nunc ad honorem Dei et ecclesie per effectum operum elucescat. Nob. tuam omni qua possumus affectione rogamus in rem. tuo-rum peccat. mandantes quatenus duce salutis ange-lo, te ducem egregium et famosum ad illa dirigens per que sancta mater ecclesia exultationis plenitude perfundatur. Ca. in Christo fil. n. W. H. Regi Ro. sublimando in proximo ad fastigum Im-perialis honoris in quem liberaliter et laudabiliter si-cut decuit a sue promotionis initio consensisti nullati tarditate studeas interposita sincera et efficaci devotio-ne placere ac prestes eidem fidelitatis debite iura-mentum et ita sibi patenter ac potenter assistas quod ipse tui favoris fultus auxilio est. (ut in littera Duci saxonie).

*In eodem modo . . . Marchioni Brandenbur-gen. Doch in plaats van quatenus duce salutis
angeli*

angelo te ducem egregium & famosum ad illa dirigens &c. staat hier slechts : quatenus animum tuum ad illa dirigens.

Lyons 19 Febr. 1251. Zie de Byvoeg-selen.

Deeze Brieven van Innocentius IV. berusten in het Pauselyk Archlev.

LXXX.

Ducisse de Brunswic.

Multa corda fidelium, qui olim dies suos in amaritudine nimia deducebant pietas Altissimi desiderabili iocunditate replevit. Illum de medio tollens hominem, qui diversis mundi partibus gravem induxerat tempestatem scilicet f. quondam Imperatorem cuius & suorum ingenio impediri non potuit, quin tu circa sanctam Röm. Ecclesiam Matrem tuam pro divini honore nominis devota magnifice habearis, pia mente recogitans quod tam clara & solempnia merita tibi essent perhempnem gloriam paritura. Quia vero tibi angelum tuum divine benedictionis & humane laudis acquiritur, si puritas tuæ devotionis & fidei semper de bono in melius proficere videatur. Nob. tuam rogandam duximus & monendam in remissionem tuorum peccatorum

M

in-

*injungentes, quatenus dil. fil. Nob. virum Ducem de
Brunswic virum tuum, cui litteras speciales diri-
gimus ut Deo & ecclesie per sincere devotionis flu-
dium se de cetero reddat acceptum, nec non duces
Marchiones, ac Nobiles alios tibi consanguinitate
vel affinitate conjunctos inducas & induci facias
diligenter, ut in eo cor nostrum sine mora letifi-
cent, quod etiam sed. apostolice per omnia sint de-
voti & Ca. in Christo fil. n. W. Regi Rom. Ill.
&c. (ut supra usque assistant). ita quod ipse
propter hoc circa illos semper affectum habeat be-
nevolentie specialis: & ecclesia cui precipuus hac
in parte honor impenditur. eis exinde ad gratiosi
favoris premia teneatur: Ceterum filia benedictio-
nis & gratie ut super hiis plenius & clarissimam
nostre intentionis agnoscas dil. fil. Jacobum
Archidiaconum Laudun. Capellatum nostrum &
fratrem Theodoricum &c. (ut supra in littera Du-
ci Saxonie usque acceptos) ad predicti Ducis &
tuam presentiam destinamus, quibus super premissis
&c. (ut supra in eadem usque in finem). Da-
tum ut supra.*

Lyons 19 Febr. 1251.

Zie de By-

voegselen.

Deze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

LXXXI.

Consiliariis et populo Warmacien.

Fidelium et Infidelium intellexit Universitas nationum quod quondam f. Imperator pro suis nephan-dis excessibus fuit ab unitate matris ecclesie segregatus et corona destitutus Imperii quam affec-tus fuerat de ipsius gratia preminent. Cum autem vobis inter alios de hiis non solum notitia competens sed plena provenerit certitudo, contigit erroris ritio, vel necessitate timoris quod vos contra Deum et ec-clesiam adhesistis eidem et libertatem ecclesiasticam in multis graviter perturbastis. Quia vero miseri-cors et miserator Dominus illum de medio substi-tit finem imponendo suppliciis quibus plurimos de numero fidelium affligebat, et jam nulla sunt vobis obstacula quia de malitie tenebris ad lucem inno-centie transeatis. Universitatem vestram affectuo-se rogandam duximus et monendam mandantes, ac in remissionem peccatorum injungentes quatenus ad devotionem sancte matris ecclesie liberis et promptis affectibus redcatis firmam habituri fiduciam quod cum causa formidinis que de ipsius f. tirampnide imminebat vos reddat de preterita contumacia ex-cusatos, pietas ecclesie que semper gremium habet expositum pro receptione benivola p. mun filiorum vos in amplexus suos affectu materno recipiat, et

gratiosi favoris affluentia conforeat Ca. in Christo
 fil. n. W. III. Rom. Reg. qui ad Imperialis ho-
 noris fastigium est sublimandus in proximo, vos
 nihilominus in suam gratiam cum benignitate ple-
 nissima resumpturo. Super hac autem conversione
 felici vos non impedit inconsulte voluntatis arbit-
 rium nec iniqua suggestio aliquorum cum Corra-
 dus ejusdem f. filius nunquam Rex extiterit nec
 potuerit vicem vel officium pro illo gerere quem a
 regimine constat Imperii auctoritate divina in Lug-
 dun. Concil. cedidisse ita quod dictus C. vel alter
 natus eiusdem f. nullum jus habet in Imperio cu-
 jus non successione sed electione dignitas obtinetur.
 ecce dil. nobis in Christo clare vobis expressimus
 affectum apostolice pictatis: Unanimiter itaque ac
 letanter ad complendum super conversione vestra
 nostram vel divinam potius voluntatem omni tardia-
 tate postposita festinetis. dicto Regi parantes fideli-
 tatis debite juramentum quia si quod absit aliquam
 super hoc repugnantiam duxeritis opponendam ec-
 clesia consisa de divini virtute subsidii contra Vos
 per se ac devotos suos sic procedere una cum Re-
 ge predicto conabitur quod per experientiam operis
 cognoscetis fuiss: cautissimum quod piis vocibus ip-
 sius ecclesie humilis obedientie dedissetis auditum.,,
 Datum &c.

In eodem modo Consiliariis & populo Spiren.

In eodem modo Consil. & populo de Oppenheim.

*In eodem modo Consiliariis & populo de Fran-
keford.*

*In eodem modo Consiliar. & pop. de Gelnh-
usen.*

*In eodem modo Universis Consiliariis & popu-
lo Civitatum, Oppidorum & villarum Ala-
maniæ ad quos &c.*

Lyons 19 Febr. 1251. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brieven van Innocentius IV. be-
rusten in het Pauselyk Archiev.

LXXXII.

*Consiliariis Civitatum Oppidorum & Villa-
rum Alamanie ad quos littere &c.*

*Nostris cordis affectum, quem vobis et populis
per litteras speciales exprimimus, vestra de facili-
videre potest industria si tamen faciente virtutum
domino sit in vobis ratio luminosa. Rogamus
vos itaque attentione qua possimus et obsecramus
in Domino mandantes ac in remissionem peccatorum*

M 3

in-

injungentes quatenus pro divini honore nominis omnem curam et diligentiam apponatis, quod predictus populus ad sinum sancte matris ecclesie omni tarditate postposita revertatur. et Ca. in Christo fil. n. W. Ill. Regi Rom. sublimando in proximo ad Imperialis honoris fastigium prestet fidelitatis debite juramentum, ac eidem in omnibus patenter faveant, et potenter assistant. ita quod predicta ecclesia vobis et ipsis propter hoc ad gratiosi favoris premia teneatur. et idem Rex circa vos processu temporis habere possit affectum benevolentie specialis. alias autem vobis grayiter est timendum, quod et Deus cuius in hac parte agi causa dinoscitur, in vos pro tanta culpa secundum sue potentie magnitudinem ulciscetur. et ipsis ecclesia que habet in votis devotos ex altare filios, vos pro vestra obstinata duritia una cum dicto Rege reddet a sua gratia penitus alienos. *Datum ut supra.*

Lyons 19 Febr. 1251.

Zie de By-

voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV berust
in het Pauselyk Archiev.

LXXXIII.

LXXXIII.

Confiliariis Spiren.

*Nostri cordis affectum, quem vobis et populo
Spiren. per literas speciales etc. (ut supra in fi-
nem).*

In eodem modo Confiliariis de Oppenhen.

In eodem modo Confiliariis de Frankefordia.

In eodem modo Confiliariis de Gelnhusen.

In eodem modo Confiliariis de Vredemberg.

Lyons 19 Febr. 1251.

Zie de

Byvoegselen.

Deeze Brieven van Innocentius IV. be-
rusten in het Pauselyk Archiev.

LXXXIV.

Episcopo Constantien.

*De puritate tue fidei ac de probata circumspec-
tione confisi presentium tibi auctoritate committi-
mus, ut quicumque nobiles aut alii vel Universita-
tes*

tes Castrorum et Oppidorum seu villarum tue Diocesis ad mandatum ecclesie redire voluerint, illos recipias, et eis absolutionis beneficium juxta formam ecclesie largiaris, prius tamen ab ipsis sufficienti et idonea cautione recepta, quod in devotione sed apostolice perseverent. et Ca. in Christo fil. nostro Regi Romanor. Ill. sublimando in proximo ad Imperialis honoris fastigium debite fidelitatis exhibeant juramentum, et eidem tanquam suo Regi patenter faveant et potenter assistant. Das. ut supra.

Lyons 19 Febr. 1251.

Zie de

Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

LXXXV.

Nob. Viro Gotifrido de Hoenlach.

Frequenti relatu percepimus, quam grandem tibi dominus dedit industriam qui in amore et timore divini nominis delectaris respuendo vitia et amplectendo virtutes ac etiam piis locis et personis ecclesiasticis

*Siaſtis oportuni preſidium parando fayoris.
Audivimus etiam quod olim te libenter devotum
reddidiffes ecclieſie ſi hoc abſque tua infamia
potuifet & jaſtura multiplici perueniſſe. Cum
autem plenus miferatione dominus quondam f.
Imperatore ſublato de medio tibi ſicut & aliis
fidelibus tempus iudulxerit oporturum. in quo
tue devotionis affectum omni abdicata formidi-
ne potes circa ſanctam Rom. Ecc. per effectum
operis publicare. Nob. tuam affectuofe rogan-
dam duximus & monendam in rem. tuorum
peccat. injungentes quatenus animum tuum ad
illa dirigens per que dicta ecclieſia gaudii ple-
nitudine perfundatur &c. (ut in littera Duci
Saxonie).*

Lyons 19 Febr. 1251. Zie de By-
voegſelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

LXXXVI.

... *Episcopo Guerinen.*

*Cum ve. f. n. Caminen. Episcopus nobis per
N suas*

suas literas supplicarit ut cessionem ipsius pro certis causis quas in eisdem expressit literis recipere curaremus, & nos tibi demus nostris literis in mandatis, ut cessionem ipsam recipiens vice nostra Capitulo Caminen. ecclesie auctoritate nostra precipias ut infra competentem terminum quem eis prefixeris de pastore idoneo & Apostolice sed. ac Car. in Christo fil. n. W Ro. II. devoto cum tuo consilio & assensu eidem Ecclesie studeant canonice providere. alioquin tu ex tunc ipsi ecclesie personam idoneam & Regi devotam eidem preficias eadem auctoritate in episcopum & pastorem mandamus quatenus eidem Capitulo de dilecto fil. Hermanno nepote nob. viri Ducis de Brunswic cuius sollicitudine industria & potentia eadem ecclesia salubriter & prospere auctore domino poterit gubernari. quod de ipso ecclesie provideant memorare si prefatus Rex eum acceptaverit tuum consilium tribuas & assensum quod si de illo sibi infra terminum quem eis prefixeris non providerint tu ex tunc eundem H. auctoritate apostolica ipsi ecclesie in Episcopum preficer non omittas. faciens sibi ab eodem Capitulo & omnibus ejusdem ecclesie subditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi. Contradictores &c privilegio quolibet seu indulgentia sedis apostolice non obstante. Quia enim

Imperii

*Imperii Romani negotium precipue insidet cor-
di nostro propter quod ad illius promotionem
vigilanter intendimus modos & vias invenire
studentes, quibus prospere dirigi valeat & op-
eratum suscipere incrementum, ideo volumus &
precipimus, ut nequaquam ad eiusdem H. pro-
motionem procedas, nisi prius habeas ejusdem
Regis in hac parte consensum. Illos namque
in ecclesiarum prelatos prefici cupimus qui dic-
tum negotium velint & valeant efficaciter pro-
movere. Datum Lugduni XI. Kal. Mar.
Anno VIII.*

Lyons 19 Febr. 1251. Zie de
Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

LXXXVII.

*Magistro Jacobo Archid. Laudunen. Ca-
pellano nostro.*

*Experientia docente percepimus quod ex in-
divini timore nominis studiosius, & animarum
N 2 salu-*

salutem omni virtute diligis, ac libenter illas
procuras & promoveas que redundant ad ro-
bur ecclesiastice libertatis. Cum itaque pre-
missa experientia causam nobis dederit quod
te ad nob. viri Ducis Bayarie & quorumdam
Nobilium ac aliorum de Alamania presentiam
destinamus discret. tue auctoritate presentium
duximus committendam quatenus si forte aliqua
de Universitatibus Civitatum seu Castrorum
aut Villarum partium earumdem que in devo-
tione Sed. Apostolice non existunt juxta & salu-
bria nostra monita quod absit ad gremium
sancte matris ecclesie non redierit reverenter &
Ca. in Christo fil. n. W. Il. Rom. Regi subli-
mando in proximo ad Imperialis honoris fasti-
gium se oppositam reddiderit aut rebellem tu
contra ipsam & illos etiam quia tam pium ne-
gotium impedire vel turbare presumpserint per
te ac etiam quoscumque Religiosos, & clericos
seculares ad hoc idoneos. quos super hiis inten-
dere tibi volumus et mandamus spirituali et
temporali distinctione procedas sicut videris ex-
pedire. non obstan. si aliquibus a sed. Ap. sit
indultum, quod suspendi vel interdici aut ex-
communicari non possint sine speciali mandato
sed. ejusdem faciente plenam et expressam de
inducto hujus mentionem. Illos autem ex no-
bilibus et aliis ac Universitatibus supradictis
qui

qui ad mandatum ecclesie redire voluerint affectu benigno recipias, & eis absolutionis beneficium iuxta formam ecclesie largiaris. & relaxes etiam interdictum in loca hujusmodi promulgatum prius tamen ab ipsis sufficienti & idonea cautione recepta, qui in devotione sed apostolice perseverent & predicto Regi debite fidelitatis exhibeant iuramentum, ac eidem patenter faveant & potenter assistant. Dat. Lugduni X. Kal. Martii. an. VIII.

In eodem modo fratri Henrico de Ord. Predicat. penitentiario nostro &c. (usque presumperint) per te ac fratres tui ordinis & etiam clericos seculares &c. (usque in finem).

Lyons 20 Febr. 1251. Zie de Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

LXXXVIII.

Nob. Vir. Philippo de Wall & Esten spiritum consilii sanioris.

Veridico relatu perceperimus quod tib domi-
N 3 *nus*

nus magnam dedit industriam & quod in amore ac timore divini nominis delectaris contempnendo vitia & amplectendo virtutes ac etiam piis locis & personis ecclesiasticis oportuni presidium prestando favoris. Cum autem plenus miseratione dominus quondam f. Imperatore sublato de medio tibi sicut & aliis fidelibus tempus indulxerit oportunum in quo pie devotionis affectum omni abdicata formidine potes circa sanctam Ro. ecclesiam matrem tuam per effectum operis publicare. Nob. tuam affectuose rogandam duximus & monendam in rem tuorum peccatorum injungentes quatenus animum ad illa dirigens per que dicta ecclesia gaudii plenitudine perfundatur Ca. in Christo fil n. W. Il. Regi Rom. sublimando in proximo ad fastigium Imperialis honoris nulla interposita tarditate te reddas omni devotione placitum et pretes eidem fidelitatis debite juramentum. ita sibi patenter et potenter assistens, quod ipse tui favoris auxilio in hiis que sunt ad honorem ecclesie, ac tranquillum statum Imperii possit triumphaliter deo prosperari exinde proveniat quod ipse circa te ac tuos semper habere gaudeat benivolentium specialem, et ecclesia cui precipuus super hoc honor impeditur tibi exinde ad conaigna gratiarum premia teneatur nec aliquod super hiis pretextu Corradi aut alt-

alterius natorum ipsius f. consurgat obstaculum, cum ipsi nullum jus habeant in Imperio, cuius non successione set electione dignitas obtinetur. Ut autem super hiis plenius et clarius summam intentionis nostre percipias dil. fil. fratrem Henr. de Ord. predicat penit. nostrum virum utique discretum et providum ac nobis pro sue devotionis meritis gratum plurim. et acceptum ad tuam presentiam destinamus. cui super premissis fidem plenam adhibeas et exprimas nobis per eius prudentiam quod in tua voluntate geritur, et in desiderio continetur. habita certa fiducia quod in hiis que secundum deum tibi esse votiva senserimus nos liberales et promptos cum paterna benignitate reddemus.

Dat. Lugd. II. non mar. Anno VIII.

In eod. modo nob. vi. Guerardo de Erbe-stein.

In eod. modo Henr. Comiti Yrsuto.

In eod. modo Nob. vi. Philippo de Hohenuels.

*Lyons 6 Maart 1251. Zie de
Byvoegselen.*

*Deeze Brieven van Innocentius IV. berus-
ten in het Pausselyk Archiev.*

LXXXIX.

Abbati sancti Galli.

*Quia Rom. Ecclesie, que tamquam pia ma-
ter non claudit redeuntibus gremium sed pecca-
toris querens redditum porrigit tabulam peni-
tentie naufragis licet immeriti presedentes cu-
pimus ad devotionem ipsius ecclesie oberrantes
ab ea, qua decet, sollicitudine revocare: dis-
cretioni tue de qua gerimus in domino plenam
fiduciam pres. auctoritate concedimus, ut quosli-
bet tam clericos quam laicos quorumcumque loco-
rum de Alamania qui Carissimo in Christo filio
nostro W. Regi Roman. Ill. adherentes et prestan-
tes tibi ejusdem Regis nomine fidelitatis debite
juramentum te in defensorem suum duxerint eligen-
dum possis, ab excommunicationum sententiis quas
adherendo quondam f. qui se tunc pro Imperato-
re gerebat incurrisse noscuntur, absolvere juxta
formam ecclesie vice nostra et relaxare interdicti
sententias, si que in eorum terras fuerunt hac
occasione prolate, ac dispensare cum eisdem Cle-
ricis super irregularitate si quam exinde forsitan
contraxerunt prout secundum Deum videris expe-
dire. recepta prius a predictis de stando super hiis
mandatis sufficienti et idonea cautione liceat quo-
que tibi corpora mortuorum hominum eorundem*

loco-

*I*locorum extra cimiteria ecclesie occasione hujusmodi
tumulata ecclesiastice tradere sepulture, ac si se-
pulta fuerunt ibidem in eis permittere remanere,
dummodo manifesta signa penitentie precesserint in
mortuis prenotatis. Quod si aliique persone vel
loca Ve. f. n. Episcopum Constantien ac te pari-
ter ut premissum est in defensores & Capitaneos
duxerint eligendos una cum ipso circa personas &
loca eadem hujusmodi concessionis ministerium exe-
quaris. Contradictores &c. Datum Lugduni III.
Id. Mart. Anno VIII.

Lyons 12 Maart 1251.

Zie de

Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XC.

Nobilibus Suavie Eccl. Rom. deyotis.

*Venientem ad Sed. Apost. nob. vir. Comitem de
Gurtemberch nantium uestrum solita benignitate
O recepi-*

recepimus, & que coram nobis ex parte uestra pro-
 posuit pleno concepimus intellectu. Metuit quidem
 fidei ac sinceritatis vestre constantia eum apud nos
 invenire favorem, ut audiamus libenter quemvis
 vestra nobis desideria exponentem, & prout res ex-
 postulat exauditionis congrue studio prosequamur.
 Gaudemus autem in domino & dignis duximus no-
 bilitatem vestram laudum preconii attollendam,
 quod devotionis quam haetenus ad sanctam habuis-
 tis ecclesiam fervore crescente in negotio catholice
 libertatis, ac vestre contra utriusque adversarios
 viriliter statis & insistitis indefessa constantia,
 quemadmodum accepto memorato nobili fideliter refe-
 rente. Hinc est quod Apostolica Sedes laudabili zelo
 virtutis invicte congratulans profectibus vestris inten-
 dit attentius & sollertia uobis excogitat presidia
 oportuna. Ecce namque Ca. in Christo fil. n. W.
 Regi Rom. Ill. scripta nostra dirigimus eum prout
 convenit inducere, ut in manu fortii, & brachio
 virtutis excelse deliberatione festina & celeri con-
 silio se ad partes Suevie studeat in vestrum auxilium
 se conferre. partes aduersas in robore virtutis
 regie contriturus. Nos quoque in ipsius Regis
 ac fideliut utile patrocinium idoncum & fidelem
 curabimus destinare legatum, qui spiritus nostri
 zelo repletus imminens negotium prosequetur ex
 animo studiosus & efficax in commissis. Verum
 ut interim nihil omittamus ex his que manifesta
 de-

deposit utilitas dil. fil. fratrem Henr. Ordinis pred. penit. nostrum virum utique providum & discre-
tum ad partes uestras disponimus transmittendum pre-
dicationis crucis officium contra C. natum quondam
f. tunc se pro Imperatore gerentis ac fautores ip-
sius hostes ecclesie atque vestros nec non & potesta-
tem procedendi circa fautores hujus sub congrua
forma sibi a vobis exhibenda commissuri. eidem
prout dicto negotio indicabimus expedire. Verum
ne corda uestra ulla de successu adversariorum am-
biguitate vacillent, ac per hoc vestri vigoris instan-
tia in aliquo remittatur, scire vos volumus procul
dubio & tenere quod memorati f. soboles cum non
solum sit de paterne perfidie hereditaria imitatione
suspecta, verum etiam iam dubia traducēte ab avis
& proavis seve triampnidis emulatrix ex aliqua
permissoione vel gratia sed. Apostolice quam in mem-
bris sibi adherentibus diutina persecutione vexavit
stirps illa riperea ad honorem Romano. Reg. vel
Imperii seu principatum Suevie a quo meroe illius
generationis superstites tam ex delicto paterno
quam proprio fieri alieni aliquo tempore non con-
surget. Absit enim quod hec mutabilitas possit in
justissimo prolate animadversionis judicio reperiri,
aut nos superbū vetuste pravitatis rehedicando
parietem, quem severitas divina deiecit, iniustum
prevaricationis calumpniam secundum Apostolum
incidamus propter quod constantes estote filii dilecti

*nobis in domino, ac in defensione mutua donec
hostilis coram vobis fatiscat aduersitas unanimiter
coherere oportuno semper Apostolice protectionis pa-
trocrinio confovendi. Datum Lugduni II. Kal.
Aprilis Anno VIII.*

Lyons 31 Maart 1251.

Zie de By-

voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-

rust in het Pauselyk Archiev.

X C I.

. . Electo Leodien.

*Illos fore dignos apostolice sedis gratia pro qui-
bus Ca. in Christo fil. n. W. Rex Ro. III. apud
nos humiliter interpellat, ipsius obtentu mandamus
quatenus magistrum Symonem de transitu Leo-
dien. Clericum in aliqua ecclesiarum Civitatis vel
dioc. Leodien. parte vel per al. recipi fac. in can.
& in f. eique de prebenda si qua vacat ibidem ad
presens, vel quam primum ad id se fa. ob. provi-
deas*

deas vel facias provideri. non obst. certo can. numero iuramento vel confirmat. sed. ipsius seu quilibet al. fir. val. aut si direximus ibidem scripta nostra pro aliis quibus nolumus &c. (usque generari) sive auctoritate legatorum apostolicorum vel spontanea voluntate Capituli sunt in ipsa ecclesia recepti. quibus eundem magistrum volumus prout fuerit de jure preferri: sive quod ipse alias beneficiatus existit aut alibi scripsimus pro eodem aut si dictum Cap. seu dignitas persona vel locus ex ipsius sedis indulto excommunicari vel interdici, seu suspendi, aut cuiusquam nequeat receptione vel provis. compelli seu quavis apostolica indulgentia cuiuscumque tenoris existat, de qua plenam vel expressam fieri oporteat mentionem precip. mand. vel per quam hujus gratia impediri valeat vel differri. Contradictores &c. Nos insuper decernimus . . & mand. siquid super hoc contra mandatum nostrum & provisionem tuam fuerit in ipsius Mag. dispendium attemptatum. Datum Mediolani VIII. Kal. Augusti anno VIII.

Milan 24 July 1251.
Byvoegselen.

Zie de

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XCII.

*Henrico tit. S. Sabine presb. Card. Apost. sed.
Leg.*

*Ex parte dil. fil. Nob. viri Guerardi dicti Ra-
dolfi Domini de Nucella Tornacen. dioc. fuit a
nobis humiliter supplicatum ut cum in contracto
matrimonio cum . . Uxore sua que sibi in quarta
Consanguinitatis linea est conjuncta licite remanere
valeat dispensare secun de benignitate Sed. Apost.
curaremus. Cum igitur per celebrationem divorcii
si fieret inter eos graves possent ut afferitur inimi-
citie fuscitari que per jam contractum matrimonium
sunt sopite, & idem nobilis Ro. Eccl. sit devotus
& in recompensationem hujus gratie Ca. in Christo
fil. n. W. Regi Rom. II. in negotio ecclesie ac
Imperii se offerat ut dicitur utiliter servitum
propter quod meretur gratiam & favorem presen-
tium tibi auctoritate committimus, ut cum ipso su-
per impedimento consanguinitatis predicte dispenses
prout secundum Deum tua discretio viderit expedi-
re. Datum Mediol. V. Kal. Augusti anno IX.*

Milan 28 July 1251. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XCII.

XCIII.

*Guilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper
Augustus universis Imperii fidelibus presentem pa-
ginam inspecturis gratiam suam & omne bonum.
meritis sacræ Religionis inducimur, ut loca religio-
sa, & personas Ecclesiasticas benigni gratia jugi-
ter prosequentes, ipsorum paci, tranquillitati, ne-
jurgiorum concutiantur procellis, in posterum con-
suluimus. Hinc est quod nos dilectorum in Christo
Abbatissæ & Conventus monasterii in Ruræmunda
Cisterciensis Ordinis Leodiensis Diœcessis, precibus
inclinati, monasterium ipsum & personas ibidem
commorantes cum suis pertinentiis, terris possessio-
nibus, redditibus pascuis nemoribus, piscariis, lega-
tis sibi ex testamento & aliis bonis mobilibus &
immobilibus, quæ titulo emptionis, donationis, con-
cessionis, permutationis, locationis seu legationis
vel quocunque alio justo titulo, nunc obtinent, aut
in futurum justis modis poterunt adipisci, sub nos-
tra protectione, & imperii liberalitate regia duxi-
mus admittenda, & ut possessiones & alia bona
mobilia & immobilia, exceptis feodalibus, que
personas suorum ad eorum monasterium e saeculo
fugientium & professionem facientium in eodem si
remansissent in seculo ratione successionis vel quo-
cunque alio justo titulo contigissent, petere percipere*

ac

ac retinere libere valeant, presenti edito eis duximus concedendum. Universis & singulis authoritate regia sub interminatione gratiae nostrae districtus inhibentes ut nullus contra hanc nostram concessionem & protectionem venire audeat vel ei ausu temerario contradicere. Si quis vero hoc facere præsumperit, gravem celsitudinis nostræ offendisse noyerit incursurum: insuper in reatus sui pœnam triginta marcas auri solvat, medietatem nostræ Cameræ reliquas injuriam passis, prout est hactenus in Imperio consuetum, in cuius rei testimoniunum præsentes litteras exinde conscribere, & sigillo Maj. nostræ jussimus communiri. Datum Erbestein secunda Kalend. Augusti inductione nona anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, Regni vero nostri anno tertio.

Erbestein 31 July 1251.

Dit Stuk, 't welk my de Hr. BARON VAN SPAEN TOT HARDESTEIN heeft medegedeeld, berust in de Abdy van het Munster te Rijen remonde.

XCIV.

Willemus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus Universis Imperii fidelibus hanc litteram

*teram inspecturis, Gratiam suam & omne bonum—
Datum in Castris apud Erbenheim Anno Domini
1251. VIII. Idus Noverembr. Indictione X.*

Leger by Erbenheim 6 Nov. 1251.

Zie de Byvoegselen.

XCV.

. . Episcopo Meten.

*Ut dil. fil. Symonem Can. argentinen. natum -
quondam Ludowici domini de Lictiheinberc advo-
cati Argentinen. gratiofa benivolentia prosequamur
fides & devotio quam dil. fil. nob. vir Henricus
Dominus de Lictiheinberc Advocatus Argentien.
frater ipsius ad nos & Rom. Eccl. habet nec non
Ca. in Christo fil. n. W. Regis Roman. Ill. &
dil. fil. Electi Maguntin. precamina nos hortantur.
Cum sicut igitur iidem Rex & Electus nobis ex-
ponere curaverunt ve. f. n. Episcopo Argentinen.
nostris dediffsemus literis in mandatis, ut eidem
Symoni de aliqua prelatura vel dignitate in Argen-
tinien. Civitat. vel dioc. provideret Anselmus de flet-
refsteim Can. spiren. preposituram ecclesie Surbugen.
Argentinen. Dioc. predicto Symoni de jure debitam
sibi conferri auctoritate quarundam litterarum post-
modum obtentarum a se. Apostolica procuravit.
Verum cum pater & fratres ipsius A. se potenter
& patenter opponant ecclesie negotio generali C.*

nato quondam fr. olim Rom. Imperatori & eius
fautoribus adherendo, & castra & munitiones Imperii occuparint & detincent occupata: sitque satis
indignum persecutorum ecclesie & ecclesiastice liber-
tatis filios ad honores & ecclesiastica beneficia pro-
moyer quibus merentur potius spoliari. Nos dicto-
rum Regis & Electi precibus inclinati mandamus quate-
nus patrem & fratres dicti Ans. moneas attentius
& inducas ut infra duorum Mensium spatium post
monitionem tuam ad devotionem ecclesie redeentes
castra & munitiones predicta eidem Regi restituere
non postponant. alioquin prefatum Ans. de consilio
dil. fil. n. Henr. tit. S. Sabine presb. Card. apost.
sedis Legati a prepositura admovens memorata. il-
lam dicto Symoni auctoritate nostra conferas &
assignes. Contradictores &c. non obstan. quod causam
motam inter predicos Ans. & Sy super predicta prepo-
situra in qua nondum est ad litis contestationem pro-
cessum duximus ad examen apostolicum reyocan-
dam. sive quod ve. f. n. Episcopo Argentinien. di-
citur ab apostolica sede concessum, quod nulli possit
in sua Civitate vel dioc. preter ipsius assensum per
literas Apostolicas provideri. Dat. Perusii XIV.
Kal. feb. Anno nono.

Perugia 19 Jan 1251.

Zie de By-

voegselen

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

XCV.

XCVI.

*Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper
Augustus universis sacri Romani Imperii fidelibus,
præsentem paginam inspecturis gratiam suam
& omne bonum. — Datum Brunswick 4
Calend. Martii Indictione X. Anno 1251. Regni
vero nostri Anno quarto.*

Brunswyk 26 Febr. 1252. Zie de By-
voegselen.

XCVII.

*Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper
augustus, Vniuersis Imperii fidelibus gratiam
suam & omne Bonum. Ut sinceritas fidelium &
fidelitas expertorum, quorum labores & servitia
multipliciter in honorem Regii nominis eluescunt,
retributione debita ponderentur, benignitas regia
clementer nos allicit & inducit.*

*Cum itaque venerabilis Heinricus Spirensis elec-
tus aulæ nostræ Cancellarius dilectus princeps nos-
ter se multimodis servitiis fecerit celstudini nostræ*

P 2 gratum

gratum & examinaverimus ejus fidei puritatem, pro tot meritis quæ concurrunt in ipso, concessimus eidem & Ecclesiæ Spirensi sibi commissæ, suisque successoribus liberaliter & benigne villas nostras Haselach & Behelen Spirens. Dioecesis cum omnibus pertinentiis earundem tam diu tenendi & usu fruendi, donec sibi vel Ecclesiæ memoratae per Nos vel aliquem successorum nostrorum Quingentæ Marcæ argenti plenarie fuerint persolutæ. Cui nostræ concessioni interfuerunt testes subscripti. Abbas sancti Trudonis. Conradus Præpositus Ecclesiæ S. Widonis. Spirens. E. Præpositus Foldensis, A Comes de Waldecke. A Dominus de Wese-
mar. H. Comes de Solmesse, & plures alii fidei digni.

*Et nos in testimonium & evidentiam plenioram præsens scriptum sigillo nostro sibi dedimus robora-
tum Datum in Brunsvic XIII. Kal. Aprilis.
Indict: decima.*

Brunswyk 20 Maart 1252.

Dit Stuk is my uit het oorspronkelyke door den Hr. LAMEY medegedeeld.

XCVIII.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis sacri Imperii fidelibus presentem paginam inspecturis gratiam suam & omne bonum. — Datum Brunswick VII. Kl. Aprilis. Indictione X. Anno Domini 1252.

Brunswyk 26 Maart 1252. Zie de Byvoegselen.

XCIX.

*Wilhelmus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus (het is byna niet te denken, dat het van den gewoonen styl des Konings zoo afwykende woord van *Imperator* ook in het oorspronkelyke gestaan hebbe, vooral in zulk een' weinig beduidenden Brief) Universis sancti Imperii Fidelibus praesentem paginam inspecturis gratiam suam omne bonum. — Datum Brunswick septima Calendas Maji Indictione decima Anno Domini 1252. regni vera nostri Anno quarto.*

Brunswyk 25 April 1252. Zie
de Byvoegselen.

P 3

C.

C.

*Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper
Augustus universis sacri Imperii fidelibus presen-
tes literas inspecturis gratiam suam & omne bo-
num. — Datum Antverpie ij Idus Junij: In-
dict. X. Anno Domini 1252.*

Antwerpen 12 Juny 1252.

Zie deel

Byvoegselen.

C I.

*Henrico tit. Sancte Sabine presb. Card. Apost.
sedis Legato.*

*Ex parte dil. fil. Egidii nati Werrici de Hodege
Civis Leodien. fuit nobis humiliter supplicatum,
ut cum ipse cum Ida domicella dicta Lecavalla-
resca loci ejusdem per verba contraxerit de presenti
corporali super hoc nihilominus prestito a partibus
juramento, eademque domicella ipsum Eg. quarto
gradu consanguinitatis attingat dispensare secum
quod hujusmodi confirmare matrimonium valeat
misericorditer curaremus. Quia vero sicut intel-
leximus*

eximus de separatione hujus matrimonii multa pos-
tent discrimina provenire, idemque civis prout ejus
obis litteris intimasti Cariſſ. in Christo fil. nostro
W. Regi Rom. Illust. devotus esse dicatur, & ob-
equiosus esse proponat: presentium tibi auctoritate
ommittimus, ut cum eisdem quod impedimento hu-
usmodi non obst. contractum matrimonium inter
pos libere confirmare valeant, & in sic contracto
sicte remanere premissis circumstantiis perpenſis at-
tentius per te vel per alium auctoritate nostra dis-
enses. Dat. Perusii XII. Kal. Julii anno IX.

Perugia 20 Juny 1252.

Zie de

Byvoegſelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

C I I.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis Imperii fidelibus hanc literam inspecturis gratiam suam & omne bonum — Datum apud moguntiam Anno Domini 1252. Quinto nonas Julii.

Mayntz. 3 July 1252.

Zie de

Byvoegſelen.

C I II.

C I I I.

Eidem.

*Ex parte dil. fil. No. vi. Burchardi de Zigem-
berch & No. mu. Ælidis fuit propositum coram
nobis quod ipsi qui ex una parte in tertio & ex
alia in quarto gradu consanguinitatis a communi-
distant stipite ad sedandas grayes inimicitias que
inter ipsorum consanguineos exorte fuerant inter se
matrimonium contraxerunt. Cum autem ex sepa-
ratione hujus matrimonii multa possent pericula
provenire nobis humiliter supplicarunt, ut provi-
dere ipsis super hoc paterna sollicitudine curaremus.
De tua itaque circumspectione plenam in Domino
fiduciam obtinentes mandamus quatenus si negotio
generali ecclesie, ac carissimi in Christo filii nos-
tri W. Regis Romanorum Illustris videris expe-
dire cum eis auctoritate nostra dispenses, ut impe-
dimento non obst. predicto possint in sic contracto
matrimonio licite remanere. Datum Perusii IIII.
*Id. Julii anno decimo.**

Perugia 12 July 1252.

Zie de By-

voegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

C I V.

CIV.

Eidem.

Affectuosas preces pro quodam No. de Hanonia direxisti, ut cum ipso cuius obsequium Ca. in Christo filio n. W. Illustri Romanorum Regi & Roman. ecclesie esse poterit fructuosum, quod quandam nob. mulie. que ipsum quarta linea consanguinitatis attingit sibi matrimonialiter copulare valeat de speciali disp. gratia dignarumur. Quia vero devotos Ap. Sed. gratiose favore per nos condecet confoveri, nos de circumspectione tua plenam in domino fiduciam obtinentes pres. tibi auc. committimus ut super hoc cum Nob prefato dispenses si negotio ecclesie supradicte, ac prefati Regis id videris expedire. Datum Perusii X.Y. Kal. Aug. Anno X.

Perugia 18 July 1252. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

Q

CV.

C V.

*Wilhelmus, Dei gratia Romanorum Rex
semper Augustus, universis sacri Imperii fide-
libus præsentem paginam inspecturis, gratiam
suam & omne bonum. — Datum in Castris
in Lorckenhausen, XII. Kal. Augusti. Indict.
X. anno Domini 1252.*

Leger voor Lorckenhausen 21 July 1252.

Zie de Byvoegselen.

CVI.

*Universis presentem literam inspecturis Flo-
rentinus de Holland, frater Domini Willeki-
ni Regis Romani Illustris salutem & omne
bonum. — Datum apud Middelburg per con-
silium meorum fideliū Domini Hugonis de
Cralinge, Anno Domini 1252, & aliorum fi-
delium meorum, feria secunda post Assumptio-
nem beate Marie:*

Middelburg 17 Aug. 1252.

Zie de
Byvoegselen.

CVII.

CVII.

*Henr. tit. Sancte Sabine presb. Card. Apost.
sed. Legato.*

*Ex parte dil. fil. Johannis de Hoxhem milii
fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum
ipse olim cum Heluidi muliere Leodien. Dio-
c. per verba de presenti matrim. contraxis-
, ac postmodum inter eos carnali copula sub-
lata, sit compertum quod dictus miles Helyi-
di eiusdem mulieris filiam quam de alio viro
suscepereat ante contractum hujusmodi matrimo-
nium inter eos de sacro fonte levarit, quod in
matrimonio sic contracto per quod inter ipsum
& dicte mulieris consanguineos pacis federa-
reformata dicuntur impedimento hujusmodi non
obst. licite remanere valeat de nostra eis per-
missione liceret. Gerentes itaque de circum-
spectione tua fiduciam in domino pleniorern ob-
tentu Carissimi in Christo filii nostri W. Regis
Roman. Illustris, ac multorum nobilium per-
suas nobis super hoc literas supplicantium, pres-
tibi auctoritate committimus quatenus eiusdem
militi & mulieri super ipso matrimonio & pro
le descendente, ab ipsis dummodo sine gravisca-
dato fieri valeat & negotio predicti Regis ex-
pediat provideas dispensando, prout secundum*

Deum utriusque saluti videris expedire. Datum Perusii II. Kal. Septembris Anno decimo.

Perugia 31 Aug. 1252.

Zie de

Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CVIII.

Willemus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis sacri Imperii fidelibus presentem paginam inspecturis, gratiam suam & omne bonum. — Datum in Castris ante Cubam II. Kal. Sept. Indictione decima Anno Domino 1252.

Leger voor Caub. 31 Aug. 1252.

Zie

de Byvoegselen.

CIX.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio. H. tt. sancte Sabin. presbitero Car-

Cardinali apostolice sedis Legato Salutem & apostolicam benedictionem. Significauerunt nos dilecte in christo filie . . Abbatissa & Conventus Monasterij beate Marie in Rynburgh dñis sancti Benedicti Traiectensis dioc. quod rationes quedam in earum Monasterio & libris habentur decantari solite ab antiquo pre-
r beati Benedicti ordinem & officium que seruant que quidem proper sui prolixitatem num generant & impedimentum ingerunt in ieiunis, sed eas uereniur propter conscientiam remittere absque sedis apostolice licentia speciali. super quo provideri sibi a nobis humiliter petierunt. De tua igitur circumspectio-
plcnam in domino fiduciam obtinentes. dis-
cretioni tue per apostolica scripta mandamus.
quatenus super hoc eisdem prouideas prout se-
cundum decum ipsarum animarum salutis uide-
ris expedire. dummodo non derogetur propter
hoc ipsius ordinis institutis. Datum Perusij
ij. Kal. Octobris Pontificatus nostrj anno De-
cimo.

Perugia 30 Sept. 1252. III. 236.

Dit Stuk berust in de Rynsburgsche
Archieven.

C X.

Henrico tit. Sancte Sabine presb. Cardinali.

*Exhibita nobis dil. fil. No. vi. Comitis Har-
cimanni de Grueningen petitio contin. quod dis-
sensionis auctor talem inter ipsum & no. vi.
Comitem de Veringen Constantien. dioc. diffen-
sionis materiam seminavit quod ex ea non solum
bonorum ipsorum sequebatur destructio sed vici-
norum locorum incolis ac universis exinde
transeuntibus multa corporum & rerum pericu-
la imminebant. Unde ad sedandam hujus dis-
sensionis materiam & inter eos pacta federa re-
formanda, idem Comes de Grueningen Nob. mu-
lier. Hedewigim natam dicti Comitis de Veringen
iuravit ducere in uxorem ac etiam sponsavit.
Verum quia prefatus Comes de Grueningen ip-
sam mulierem quaria linea consanguinitatis
contingit, nos ipse prius duxit ad consumatio-
nem hujus matrimonii procedendum quam su-
per hoc recursus ad sedem apostolicam habere-
tur, nobis humiliter supplicans ut cum ad re-
formationem pacis inter ipsos Comites & mul-
torum periculum evitandum nihil adeo sicut
consumatio ejusdem matrimonii operetur salubre
remedium apponere curaremus, Attendentes
igitur*

agitur quod urgens necessitas & evidens utilitas dispensationem exposcit. mandamus quatenus consideratis diligenter circumstantiis univ. si utilitati & negotio Car. in Christo filii nostre Virg. Regis Ro. Ill. videris expedire dictis Comite de Grueningen ac mulieri auctoritate nostra per te vel per alium dispensando concedas ut impedimento hujusmodi non obstat. possint si velint ad consumationem matrimonii predicti procedere ac insimul licite remanere. Dat. Perusit
VI. Non. Octobris anno X.

Perugia 2 Octob. 1252. Zie de Bijvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

C X I.

Ego Symon miles dictus de harlem notum facio yniuersis presentia visuris quod contuli dilecto meo iacobo de hilchebroc opidano in harlem minorem decimam meam in harlem invoude & in partibus attendentibus ibidem prouuenien-

mentem sub nomine feodali possidendam & li-
bere recipiendam tali tamen conditione adiecta
si dictum iacobum mori contigerit quod dicta de-
cima ad seniorem filium suum legitimum feo-
daliter deuoluatur Insuper de filio ad filium
ipsius iacobi & de filia ad filiam prenominato
nomine eandem decimam iudico devoluendam
Ne autem talis donatio mea ab aliquo suc-
cessorum meorum infringi valeat presens scrip-
tum sigillo meo prefato jacobo etiam tradidi
confirmatum datum anno domini m. cc. quin-
quagesimo secundo in vigilia apostolorum Sy-
monis & iude.

Den 27 Oct. 1252. III. 426, 430. IV. 190.

Dit Stuk berust op de Hollandsche
Leenkamer.

C. X I I.

*Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex ser-
per Augustus Universis Sacri Imperii fidelibus
præsens scriptum inspecturis gratiam suam &
omni*

*omne bonum. — Dat. Moguntie Quinto Kal.
Decembr. Indict. undecima. Anno Domini 1252.*

Mayntz 27 Nov. 1252. Zie de By-
voegfelen.

C X I I I.

Wilhelmo Regi Romanor. Illus.

Dignum est sententias que solemniter regio promulgatur oraculo ut illibate permaneant Apostolice firmitatis patrocinio con carere. Tua siquidem Ca. fili Nobis exhibita narratio continebat, quod tu in generali Curia riuper apud frankfort de antiqua Imperii consuetudine celebrata per diffinitiyam sententiam de communi consensu Principum Imperii eiusdem tibi fidelium ibidem presentium promulgatam illos omnes bonis quibuscumque que ab Imperio tenebant in feudum privare curasti, qui super hiis investituram infra annum a die quo apud Aquisgranum in Romanorum Regem fuisti divina favente gratia coronatus a tua celsitudine rec pere non curarunt prout in autenticis litteris confectis exinde & Regio sigillo signatis, plenius contineatur. Nos itaque tue sublimitatis precibus inclina-

R

2,

*ni, quod a te super hoc factum est ratum habentes
& gratum illud auctoritate Apostolica confirmamus,
& pres. scripti patrocinio communimus. Nulli ergo
hominum licet hanc paginam nostre confirmationis
infringere aut ausu temerario contraire. Si quis
autem hoc attemptare presumperit, indignationem
Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli
Apostolorum eius se noverit incursum. Datum
Perusii IV. non. Decembris Anno X.*

Perugia 2 Dec. 1252. Zie de By-
voegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CXIV.

*Ego Symon de Harlem miles notum facio
universis presentes literas visuris. Quod Ego
dedi dilecto meo Willemo de pola Opidano
de harlem & Machteldi de arena vxori eius
in feodium undecim fundos jacentes infra Sca-*

binatum de harlem in quibus manent herman
filius bucstels gode hugo copkijn frater iohan-
nis vastraeds. Nycholaus filius baertiild ghe-
raerd filius aelbrecht, ziric maersman, super duos
manent aleyt filia nyclaus, aleyt dilins allaert Si-
neric aleyt gaske pacifice possidendos & quiete
sub hac forma Si contingeret predictum Willel-
mum ante predictam Machtildem mori predicta. M.
mædietetatem predictorum fundorum ad vitam suam
pacifice & quiete possidebit Aliam vero medietatem
filius vel filia predicti willelmi que ei in heredi-
tate succedet quiete & sine calumpnia aliqua possi-
debit quamdiu predicta M. vixerit. Sed post mor-
tem predicte m. filius qui supervixerit vel filia he-
redes predictorum willelmi & M. ipso predicto si-
militer mortuo integraliter predictos fundos in feo-
dum a me uel ab herede meo si non superrixero
sine aliqua calumpnia possidebit in pace quod si con-
tinget primum heredem predictorum W. & M.
mori sine liberis frater vel soror predicti heredis
vel eorum filie vel filii quamdiu unus super vixerit
pacifice & sine calumpnia predictos fundos a me
vel ab herede meo in feodium possidebit & de pre-
dicto feodo nec michi nec heredi meo dabit aliquod
releuium nec ipsi predicti W. & M. vel eorum he-
redes tenebuntur mihi vel heredi meo super hijs in
aliquo obligati In cuius Rei testimonium presentes

*literas predictis W. & M. sigilli mei munimine
tradidi robatas actum apud arlem Anno domini
m. cc. lij. feria quinta ante nativitatem domini.*

Hacrlem 19 Dec. 1252.

III 345,

430, 432, 448.

Dit Stuk berust op de Hollandsche
Leenkamer.

C X V.

*Henrico tit. Sancte Sabine presb. Card. Apost.
sedis Legato.*

*Licet olim super provisione dil. fil. Everardi
Prepositi ecclesie sancti Georgii Colonien. fratri
Nob. Viri Arnoldi domini de Dist. nostri, &
ecclesie Romane devoti de aliquo Episcopatu quem
ipse duceret acceptandum quamcito vacaret in Re-
gno Alamanie facienda tibi sub certa forma di-
rexerimus scripta nostra idem tamen grata se opor-
tunitate ad id offerre tardante, nobis que interim re-
vocantibus litteras super Archiepiscopatibus, Epis-
copatibus, Abbatii & Prioratibus conferendis a
nobis concessas & processus auctoritate litterarum
ipsa-*

ipsarum super hiis habitos & habendos irritantibus, ita quod hii ad quos pertinet de illis disponendi libera sit facultas proventum spei de nostra in hac parte concepti gratia non suscepit. Movente igitur nos & efficaciter impellente ad specialiter super hoc aliquid demandandum quod Ca. in Christo fil. noster W. Rex Romanor. Illustris apud Lugdun. pro hujusmodi provisione viva nos rogaravit, quodque tu et idem Rex nuper pro ipso E. instante per literas supplicasti mandamus quantum revocatione hujusmodi non obst. in ejusd. Everardi provisione procedas iuxta priorum continentiam litterarum. Dat. Perusii V. Id. Januar.

Anno X.

Perugia 9 Jan. 1253.
Byvoegselen.

Zie de

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

C X V I.

Eidem.

Devotionem quam Ven. f. noster Magdeburgen.

R 3

Ar.

*Archiepiscopus & dil. fil. No. vie. Hervestus Co-
mes de Glichen. Othonien. & . . Advocatus de
Gera Nuemburgen. dioc. una cum suis circa Rom.
gerunt ecclesiam nobis diligenter per tuas litteras
expressisti affectuose depositens quod cum dil. fil.
in Christo Cecilia relicta cujusdam nicolai Comitis
de Halandia consanguinea ipsius Archiepiscopi &
Revmo nato prefati Comitis ut non obſt. quod
quarta affinitatis linea ſe contingunt matrimonialiter
copulari valeant, ac etiam quod Nob. Vir.
Henricus advocatus de Plewe frater predicti Ad-
vocati de Gera & Abcedis nata Nob. Viri Herman-
ni de Luhcemburg Nuemburgen. dioc. quam idem
Henricus pro federe pacis inter ſe ac illius con-
ſanguineos reformando ſibi de facto matrimonialiter
copulavit pluribus ex ea filiis procreatis non obſt.
quod ipſi quarta conſanguinitatis & tertia Affinita-
tis linea ſunt coniuncti manere poſſint in matrimo-
nio ſic conracto diſpensare cum eis de benignitate
ſolita dignaremur. Nos itaque digne volentes,
quod dictus Archiepiscopus & iidem Nobiles apud
nos pro suis meritis inveniſſe gaudeant gratiam be-
nivolentie ſpecialis probate circumſpectioni tue pres-
tenore committimus ut cum prefatis personis ſuper
hujusmodi matrimoniis auctoritate noſtra diſpenses
ſi negotio ecclie ac Imperii quod in partibus illis
agitur & utilitati Ca. in Christo fil. noſtri . .*

Ro-

Romanorum Regis Illustris id videris expedire.
Datum Perusii XIII. Kal. Februar. Anno X.

Perugia 20 Jan. 1253. Zie de
Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CXVII.

Wilhelmus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus universis sacri Romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum. — Datum Luneborg III.
Nonas Februarii. Anno Domini 1253.

Luneburg 3 Febr. 1253. Zie de
Byvoegselen.

CXVIIIB

Universis Clericis & Laicis Aquen. Leodien.
Dioces.

Quia post redditum vestrum ad devotionem ecclesie tam

tam in fide ipsius quam in obsequio Carissimi in Christo fil. nostri W. Regis Romanor. Illustris intelleximus vos fervere nos personas vestras ob id & eiusdem Regis obtentu nobis super hiis pro vobis cum instantia supplicantis honorare volentes dono gratie specialis, vobis in deyotione ipsorum ecclesie ac Regis persistentis auctoritate pres. indulgemus, ut extra muros Aquen. vos omnes vel singuli non possitis per litteras Apost. Sedis vel Legatorum eiusdem super aliquibus negotiis in judicium evocari absque speciali mandato Sed. ipsius faciente plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indul. hujusmodi mentionem. Nulli ergo &c. Datum Perusii Kal. Martii Anno X.

Perugia 1 Maart 1253. Zie de By-
voegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CXXIX.

*Henrico Duci Lotharingie & Brabantie.
Cupientes Imperii Romani negotium sine laudabili auctore domino consumari feryentur appetimus*

ut

ut omnes ecclesie filii & precipue ipsius Magnatcs Imperii ad negotii promotionem ejusdem viriliter & constanter assurgant, eosque libenter ad id nostris monitis & precibus excitamus. Hinc est quod Nob. tuam monemus rogamus & hortamur attente, ac per apostolica scripta mandamus in remiss. peccat. injungendo, quatenus predictum negocium iam per Dei gratiam prospere inchoatum ardenti animo prosequens Ca. in Christo fil. n. W. Ill. Rom. Regi contra quoslibet ipsius aduersarios efficaciter & potenter assistas. Nos enim nec in vita ejusdem Regis nec etiam post ejus obitum si eum forte de hoc seculo interim vocari contigerit te ac tuos heredes aliosque tibi adherentes aliquatenus in hujus negotio deseremus nec pacem etiam quin te ac ipsos in pacem ponamus reformabimus cum adversariis supradictis. Dat. Perusii V. Id. Martii Anno X.

brev. dicitur

Perugia 11 Maart 1253. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

CXX.

*Fratri Henr. tit. Sancte Sabine presb. Card.
Apost. Sed. Legato.*

*Ex parte dil. fil. nob. Viri Ducis Brabantie fuit
nobis humiliter supplicatum ut Nob. vi. Godefrido
domino de perwes & de Gribergis consanguineo &
consiliario suo exponere se ut afferit devotioni Rom.
Ecclesie ac Ca. in Christo filii nostri W. Regis
Rom. Ill. obsequiis cupienti decimas terrarum que
in dominio ipsius Godefredi de novo redigi conti-
gerit ad culturam tertia parte decimarum ipsarum
Rectoribus ecclesiarum in quarum consistunt parro-
chiis vel personaliter in eis deservientibus reservata
concedere de speciali Apostolice sedis gratia cura-
remus. Quocirca discret. tue pres. auctoritate comi-
mittimus ut super hoc agas vice nostra prout nego-
tio ecclesie, ac utilitati prefati Regis tua providen-
tia viderit expedire. Datum Perusii V. Id. Mar-
tii anno X.*

Perugia 11 Maart 1253.

voegselen.

Zie de By-

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CXXI.

CXXI.

Eidem pro Nob. vi. Ducis Brabancie.

Ex parte dil. fil. Nob. vi. Henrici Ducis Brabantie nobis extitit humiliter supplicatum, ut cum ipse in obitu patris sui gravibus remanserit debitibus obligatus, ac propter hoc Rom. ecclesie, ac Ca. in Christo filio nostro W. Regi Rom. Illustri assistere hactenus nequiyerit prout gessit & gerit in vosis eidem in revelatione debitorum hujusmodi quantumus potentior fiat in subsidium Regis eiusdem, decimas terrarum, quas in ipsius dominio de novo redigi contigerit ad culturam &c. (ut supra pertinetum). Dat. ut supra.

Perugia 11 Maart 1253. Zie de
Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CXXII.

Abbati & Priori d. Middelburgh Premonstraten. Ord. Traject. dioc.

Ex parte dil. fil. nob. vi. Henrici Ducis Brabantie
S 2

bantie & Lothoringie fuit nobis humiliter suppli-
catum ut cum ipse quasdam decimas & res alias
quas idem & progenitores sui hactenus libere sicut
alios suos redditus tenuerunt pro anime sue &
anteceſſorum ſuorum ſalute velit eccleſias quibusdam
conferri & prebendas iſtitui ex eisdem que ſint
Rom. ecclie censuales & ſuper hoc favorem digna-
remur apostolicum impertiri. Nos igitur ad instar
fel. rec. Honorii P. P. predecessoris nostri memo-
rati Ducis ſupplicationibus inclinati mandamus qua-
tenus ſi res ita ſe habeat eidem ad perficiendum pre-
dictam auctoritatem vice noſtra ſublatę appellatio-
nis obſtaculo impendatis jure patronatus in eisdem
prebendis ſibi & ſuis heredibus reservato Contra &c.
Datum Perusii II. Id. Martii anno X.

Perugia 13 Maart 1253.

Zie de By-

voegſelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

CXXIII.

*Omnibus presentia visuris, Cristina humilis
Castellana de Leydis, Uxor Th. Castellani ibi-
dem Militis, salutem in Domino sempiternam;
noverit vniuersitas vestra, quod nos Aream quam
Willelmus de Pole opidanus in Haerlem a nobis
feodaliter possidet, si ipsum Wilhelnum sine legi-
timo filio suo mori contigerit, seniori filiæ ejusdem
Willelmi legitime præfato jam jure contulimus pos-
sidendam; Medietatem autem prænominate aree
Machteldi vxori prædicti Wilhelmi, quam diu
ipsa vixerit in duarium assignauimus optinendam.
In cuius rei testimonium presentes literas sigillo di-
lecti Mariti nostri prelibati Castellani de Leydis,
quia sigillo non utimur, dignum duximus roboran-
das. Datum apud Haerlem Anno Domini m. cc.
Quinquagesimo tertio, In Crastino Ascensionis Do-
mini nostri Jeju Christi,*

Haerlem 30 Mey 1253. III. 383,

431, 451, 452.

Dit Stuk berust op de Hollandsche
Leenkamer.

§ 3

CXXIV.

CXXIV.

. . . Episcopo Cameracen.

Olim exponente nobis ven. f. nostro Archiepiscopo Livonie Estoniae & Pruscie quod de proventibus Archiepiscopatus sui propter mahtiam habitantium in eodem non poterat sustentari, eidem concessisse dicimus, ut proventus Lubicen. ecclesie pastoris Regimine desitute possent pro sustentatione sua quoad viveret ad manus proprias retinere. Verum quia sicut a fide dignis accepimus idem Archiepiscopus nonnullos redditus episcopatus Livonie ex quibus sustentari commode potest postmodum acquisivit. Nos cupientes eid. Ecclesie ne quod absit ex nimia vacatione irreparabili incurrat dispendium de pastore idoneo provideri & considerantes quod per prudentiam & industriam Ven. f. n. J. de Diest ord. fratrum Minorum episcopi Sambiensis in multis expertam negotiis uipote qui Ca. in Christo fil. nostro G. Illustri Hegi Romanorum constanter assistens & contra indevotos & rebelles ipsius predicans verbum Crucis multis se periculis exposuit pro negotio ecclesie generali, ad cuius promotionem indefesso studio diutius laboravit, ita ut per ipsius ministerium nonnulla Castra & Ville Regni Alemanie ad mandatum Regis rediere predicti possit eadem ecclesia in spiritualibus & temporalibus

ratibus salubriter gubernari fraternitati tue prefato Rege nobis super hoc per suas litteras supplicante per apostolica scripta mandamus quatenus predictam concessionem proventium Lubicen. ecclesie eidem Archiepiscopo factam revocans, ac eundem Episcopum absolvens auctoritate nostra per te vel alium a vinculo quo tenetur ecclesie Sambien. ipsum eidem ecclesie Lubicen preficias in Episcopum & pastorem plena sibi spiritualium & temporalium eiusdem ecclesie administratione commissa & concessa ei nihilominus licentia se ad ipsam ecclesiam transferendi, ac facias ei a Capitulo & Clero & populo Civitatis & dioc. Lubicen. obidientiam & reverentiam debitam exhiberi. Contrar. non obstante concessione predicta dummodo ut predictum est redditus acquisierit ex quibus possit commode sustentari, seu si eidem Archiepiscopo vel Capitulo aut Clero & populo supradictis generaliter vel specialiter a sede Apostolica sit indulatum quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint, aut quod nulli de episcopatu ipsius ecclesie provideri valeat per litteras apostolicas absque assensu illorum ad quos electio & confirmatio episcopi ipsius ecclesie noscitur pertinere, nisi totus tenor ipsius indulgentie de verbo ad verbum in eisdem litteris sit insertus, vel quavis alia indulgentia sedis eiusdem cuiuscumque tenoris existat per quam non expressam presentibus premissa impediti valeat vel differ-

ri, seu quod eidem fratri de episcopatu eiusdem ecclesie Sambien. mandavimus provideri. aut litteris que super revocandis provisionibus de Episcopatibus concessis & concedendis a Nobis a sede Apostolica emanarunt & constitutione de duabus dietis editis in conf. generali. Nos enim episcopatum ipsius ecclesie Lubicen. nostre aut tue donationi reservantes episcopo conferendum eidem decernimus ex nunc irritum & inane si quod de ipso in eiusdem Episcopi prejudicium a quoquam contigerit attempari. Datum Assisi non. Junii anno X.

Assisen 5 Juny 1253:

Zie de

Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CXXV.

H. tituli S. Sabine Presbytero Card. Apostolice sedis Legato.

Et si conjunctio copule conjugalis in quarta consanguinitatis vel affinitatis linea sacris sit canonibus

bus interdicta, provide tamen super hiis interdum Romana dispensat Ecclesia maxime cum urgens necessitas, vel evidens utilitas id exposcit. Cum igitur sicut ex parte sua fuit propositum coram nobis Nobiles Viri Henricus Comes de Lucelluniburg Treveren. Dioc. in Ecclesie negotiis se tibi obsequiosos exhibuerint & devotos, nos intendentes ipsos ob hoc gratia prosequi & favore mandamus quatenus recepta ab eodem Girardo de adherendo Ecclesie, & Carissimo in Christo filio nostro W. Regi Rom. Illustri idonea cautione cum ipso & nob. muliere Mahadi uxore sua non obstante quarta consanguinitatis linea, quam sibi ad invicem attinent in contracto matrimonio remanere libere valeant auctoritate nostra dispenses, prout videris expedire. Datum Assisi Kal. Julii Anno XI.

Assisen 1 July 1253.

Zic de

Byvoegselen.

Dceze Brief van Innocentius I V. berust

in het Pausselyk Archiev.

C X X V I .

Thesaurario Monasterien.

Et si ad provisionem cunctorum &c. (usque suffragantur). Hinc est quod nos dil. fil. Gerardo Canonico Ecclesie S. Petri Traiecten. probitatis sue maritis super quibus laudabile sibi testimonium perhibetur, & obtentu Carissimi in Christo filii nostri W. Regis Rom. Illustris supplicantis nobis pro eo specialem gratiam facere intendentes, mandamus quatenus eidem Canonico provideas auctoritate nostra per te vel per alium si alias pro eo beneficiando non scripsimus in Civitate vel dioceſe Traiecten. de beneficio ecclesiastico prebendali, vel alio etiam si curam habeat animarum si vacat ad presens, vel quam primum ad id obtulerit se facultas, faciens ipsum in Ecclesia in qua duxeris providendum si collegiata fuerit in Canonicum recipi atque Fratrem. non obstan. si habeatur in ea statutum de certo canonicorum numero juramento, vel confirmatione sedis apostolice seu quacumque alia firmitate vallatum, aut si in ea direximus scripta nostra, pro aliis quibus &c. (usque generali), seu quod idem Canonicus alias beneficatus existit, aut si personis ejusdem Ecclesie, vel aliquibus de partibus illis ab eadem sede indultum existat, quod ad receptionem vel provisionem aliquius

cujus compelli aut interdici, suspendi &c. Cusque mentionem). Contradictores &c. Datum Assisi XVI. Kalen. Sept. Anno XI.

Assisen 17 Aug. 1253. Zie
de Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

CXXVII.

. . . Decano & . . . Cantori Ecclesie Bruxellen. Cameracen. Dioc.

Sua nobis dilectus filius Godefridus Capellanus Carissimi in Christo filii nostri W. Regis Rom. Illustris Canonicus Ecclesie S. Johannis Leod. petitione monstravit, quod licet ipse auctoritate sedis Apostolice jamdiu receptus fuerit in eadem Ecclesia in Canonicum & in Fratrem, prebendam tamen sibi de jure debitam, que postmodum in eacaravit Ecclesia, Johannes quondam Decanus Sandi Symeonis Treveren, qui se gerit pro Canonic. ejusdem Ecclesie contra justitiam occupavit,

& adhuc in ipsius G. non modicum prejudicium detinet occupatam. Ideoque mandamus quatenus partibus convocatis audiatis causam, & appellatione remota eam infra tres menses post receptionem predictam concordia vel iudicio decidatis. Facientes &c. (usque observari). Alioquin causam ipsam instructam vel non instructam remittatis ad apostolice sedis examen, presigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo per se vel procuratores idoneos ad totam causam sufficienter instructos cum omnibus munimentis & rationibus suis nostro se conspectui representent, facture ac recepture, quod ordo dictaverit rationis. Quod autem inde feceritis &c. (usque intimare.) Testes &c.
Datum Assisi III. Kalen. Septembr. Anno XI.

Assisen 30 Aug. 1253.

Zie de By-

voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

CXVIII.

Electo Leodien.

Exigentibus devotionis tuis meritis votis tuis libenter annuimus, & petitiones tuas quantum cum Deo possumus favorabiliter exaudimus. Cum igitur sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, tu occasione obsequiorum, que hactenus Ecclesie Romane, ac Carissimo in Christo filio nostro W. Regi Rom. Illustri fideliter impendisse dinosceris grayibus existis debitorum oneribus pregrayatus, nos tuis deyotis supplicationibus inclinati presentium tibi auctoritate concedimus, ut proventus, & redditus bonorum ecclesiasticorum Civitatis & Dioc. Leodiensis, que usque ad Triennium vacare contigerit, possis per unum annum percipere in solutionem hujusmodi debitorum integre convertendos, reservata de ipsis proventibus & redditibus ad Ecclesiarum ipsarum obsequia congrua portione. Non obstante dictarum Ecclesiarum consuetudine vel statuto juramento, vel confirmatione sedis Apostolice, seu quacumque firmitate alia roborato, seu quavis indulgentia cuiuscumque persone dignitati vel loco ab eadem sede concessa, per quam non expressam presentibus effectus nostre gratie impediri valeat, seu etiam retardari. Nulli Sc. Datum Assisi Kal. Octobr. Anno XI.

Assisen 1 Oct. 1253. Zie de Byvoegselen.

Deze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

CXXIX.

*Magistro Nicolao Scarso Canonico Came-
racen. scriptori nostro.*

*Dilectus filius Dominicus de Caleno Clericus
Carissimi in Christo filii nostri W. Regis Il-
lustris nobis exposuit, quod licet olim tibi nos-
tris dederimus litteris in mandatis, ut sibi in
Regno Alamannie de aliquo beneficio preben-
dali, vel alio etiam si curam animarum habe-
ret proyidere curares, nullum tamen ex ipsis
litteris est commodum afferatus. Volentes igi-
tur quod de Clerico ipso gratiose incepimus
perducere ad effectum, mandamus quatenus
si est ita, non obstante si aliquibus Archiepis-
copis ipsius Regni ab apostolica sede indulatum
existat, quod in eorum Civitatibus, seu dioce-
sibus de beneficiis ecclesiasticis nequeat sine
eorum consensu per litteras apostolicas alicui pro-
videri nisi in ipsis litteris de eisdem civitati-
bus & Dioc. mentio habeatur, & ipsi execu-
tores fuerint in eisdem litteris deputati, & quod
idem Clericus non est in sacris ordinibus con-
stitutus, ad quos prout afferit paratus existit
oportunitis temporibus promoveri, ad ejusdem
Clerici provisionem procedas de beneficio, quod
idem*

idem duxit acceptandum juxta litterarum con-
tinentiam earumdem. Datum Laterani XII.
Kalen. Decembr.

Lateraan 20 Nov. 1253. Zie
 de Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
 rust in het Pauselyk Archiev.

CXXX.

... . Episopo Erbipolen:

Dilecti filii . . . Decanus . . . Scolasticus
Henricus de Drondorf & Heidenricus de Zan-
genbe, ac quidam alii Canonici Halberstaden.
Ecclesie nobis significare curarunt, quod cum
Ven. Frater noster M. condam Halberstaden.
Episcopus a dilecto filio nostro H. tituli S. Sa-
bine presbitero Cord. tunc in partibus illis
apostolice sedis Legato cessionem ex certis cau-
sis cum instantia postulasset, idem Legatus in-
tel.

telligens cessionem hujusmodi non fore ipsi Ecclesie fructuosam eam penitus non admisit, mandans nichilominus . . . Decano . . . Preposito, & Capitulo ipsius Ecclesie ad cautelam ne ante cessionem ejusdem Episcopi a nobis, vel ab eo rite admissam nullum in Episcopum ipsius Ecclesie eligere attemptarent, quod si secus fieret denunciabat irritum & inane. Verum Ludolfus de Sladein Ecclesie predice Canonicus iniciens ambitionis oculos ad eamdem, & cogitans per surreptionis astutiam cathedram ascendere pastoralem una cum quibusdam aliis Canonici ipsius Ecclesie fautoribus suis ad Legatum eundem duos fraudulentos nuncios per cessionem ipsius Episcopi destinarunt. Et licet idem Legatus cessionem ejus nec tunc etiam admississet redeuntes, tamen prefati nuncii cessionem hujusmodi ab eodem Legato receptam ipsi Episcopo prout instructi erant mendaciter suggesserunt. Cumque dictus Episcopus nimis credulus mendaciis hujusmodi Nunciorum non receptis ab ipso Legato super hoc aliquibus litteris oneri pontificalis dignitatis cessisset simpliciter, prefatus Ludolfus in publicum sue fraudis venena producens se de facto in pastorem ipsius Ecclesie vel raptorem potius eligi procuravit. & receptis a Carissimo in Christo filio nostro

W.

*W. Rege Rom. Illustri tacita veritate regali-
bus & amministracioni Episcopatus Halbersta-
den. se temere ingerens, ac occupans Castra,
& alia bona ipsius, demum ordine prepostero
& ex malicia commutato a Ven. Fratre nostro
G. Maguntin. Archiepiscopo Loci Metropoli-
tan. hujusmodi electionis confirmationem obti-
nuit nullam ipsi, vel dicto Regi de tam infor-
mi processu faciens mentionem; prefatus vero
Legatus quia sibi plene constitit de premissis
processum electionis hujusmodi, & quicquid es-
set ob eam, vel ex ea secutum per sententiam
diffinitivam denuncians, & denunciari faciens
non tenere, dictum Legatum pro eo quod Cas-
tra, & bona hujusmodi detinebat contra man-
datum Card. ejusdem nichilominus occupata,
& quia coram ipso vocat. ab eo legitime com-
parere contumaciter recusavit excommunicatio-
nis vinculo exigente justitia innodavit. Prela-
tos & Clerum Halberstaden. Civis. & Dioc.
ab ipsius obedientia, Barones vero, & Nobi-
les Ministeriales, Vassallos & alios homines
ipsius Ecclesie à juramento fidelitatis si quo eidem
Canonico tenerentur absolyens, ipsosque denun-
ciari faciens per Ven. Fratres nostros G. Ma-
guntin. & . . . Magdeburgen. Archiepiscopos,
ac . . . Hildesemen. Nuwemburgen. & . . .
Merseburgen. Episcopos ad ea penitus non
teneri. Collationem quoque dignitatum persona-*

tuum aliorumque beneficiorum, & bonorum ipsius Ecclesie si quam fecit dictus Canonicus cas-
 sam & irritam nunciavit, & ipsum tanquam excommunicatum singulis diebus Dominicis &
 festivis pulsatis Campanis, & accensis cande-
 lis per dictos Archiepiscopos & Episcopos man-
 davit publice nunciari, propter quod dicti De-
 carus, scolasticus, & alii ejusd. Ecclesie Cano-
 nici hec approbari a nobis in hujusmodi excom-
 municationis sententiam apostolico roborari muni-
 mine petierunt. Nos igitur dictam ejusdem Le-
 gati diffinitivam sententiam ratam habentes & gra-
 tam, ipsamque auctoritate apostolica confirmantes,
 Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus,
 quatenus dictam excommunicationis sententiam
 sicut rationabiliter est prolata facias auctoritate
 nostra usque ad satisfactionem condignam appella-
 tione remota inviolabiliter observari. Contradic-
 tores &c. nullis obstantibus litteris veritati &
 justitie prejudicantibus a sede Apostolica impetratis
 vel etiam impetrandis. Nolumus tamen quod pre-
 fato W. Regi Roman. Illustri per hujusmodi
 litteras aliquod prejudicium generetur. Datum
 Laterani III Kalen. Decembr. Anno XI.

Lateraan 29 Nov. 1253. Zie de By-
 voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
 in het Pausfelyk Archiev.

CXXXII

C X X X I.

Episcopo Sabien. de Ord. Fratrum Minorum.

Sinceritas devotorum Ecclesie tunc potissime in augmentum deducitur cum benignitas Apostolice Sedis in complendis eorum desideriis prompta & propitia reperitur. Sane dilecta in Christo filia Mulier Nobilis M. relicta quondam C. Comitis Palatini de Tunigen sicut nobis exposuit post mortem ipsius Comitis matrimonium cum dilecto filio Nob. viro R. Domino de Durne Ecclesie Romane devoto contraxit, ignari tamen, ad idem Nobilis prefatum Comitem quarta consanguinitatis linea eontigisset. Quare pro parte ipsorum nobilium humiliter petebatur a nobis ut providere super hoc de benignitate sedis Apostolice curaremus. Nos itaque de tua circumspectione consisti, tibi qui Carissimi in Christo filii nostri W. Regis Rom. Illustris familiaris esse diceris, presentium tenore committimus quatenus consideratis diligenter circumstantiis universis si negocio Ecclesie, ac utilitati dicti Regis id riederis expedire, cum prefatis nobilibus auctoritate nostra dispenses, ut in matrimonio sis contracto non obstante impedimento hujusmodi libere valeant per-

*manere. Datum Laterani IV. Idus Decembris
Anno XI.*

Lateraan 11 Dec. 1253. Zie de By-
voegselen.

Deeze brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CXXXII.

*Vniuersis tam presentibus quam futuris hec
presentia visuris seu audituris. Heynricus domi-
nus de Voirne & Zelandie castellanus salutem
in eo qui est salus omnis . . Noscant uniuersi ac
singuli, quod nos totam terram de heenvlite omni
dominio officio & bannis superioribus & inferio-
ribus iure hereditario domino hugoni dilecto fratri
nostro sicut a dilecto patre nostro bone memorie
quondam domino de Voirne domino theoderico re-
ceperat erogamus possidendam preterea triginta
mar-*

marcas de petitione in Walacria in feodum contumelias habendas prefato domino hugoni & in quolibet anno ibidem recipendas. In huius rei testimonium hoc presens scriptum domino hugoni erogamus sigilli. nostri appensione roboratum. Datum in Westvoorne. anno Domini m. cc. liij in era christiana circummissionis domini . . .

Westvoorn 2 January 1254.

Dit Stuk berust op de Hollandsche
Leenkamer. (a)

CXXXII.

Episcopo Argentinien.

Licet conjugalis contractus copule in quarto consanguinitatis & affinitatis gradu a sacris fit cano-

(a) Men vindt het vertaald in de *Beschryving van den Briel.* p. 2., uit welke wy het steeds hebben aangehaald.

canonibus interdictus, consuevit tamen sedes apostolica cum benemeritis in gradu hujusmodi cum id suadet necessitas vel utilitas despensare. Lecta quidem nobis ex parte dilecti filii Nobilis Viri Walteri de Eschibach Constantien. Dioc, petitione constinebat, quod cum olim inter suos et nob. Mulieris Kunigunde uxoris sue, natae nobilis Viri..... Comitis de Sulza consanguineos essent inimicitie capitales ut malis innumeris, que de fonte hujusmodi odii procedebant finalis terminus poneretur, idem W. & K. matrimonium ad invicem quamvis quarta se consanguinitatis linea contingenter contraxerunt, & procrearunt filios in hujusmodi matrimonio permanentes. Cum igitur Carissimus in Christo filius noster W. Rex Rom. Illustris, & tu, ac Ven. Frater noster.... Constantien. Episcopus & dil. filius.... Abbas S. Galli per suas asseruerint litteras, quod prefatus Walterus Romane Ecclesie sicut devotus, & possit ac velit Ecclesie generali. & Imperii negotio existere fructuosus, mandamus quatenus ad petitionem Regis ejusdem, quod prefati Walterus & mulier, in sic contracto matrimonio licite permanere, ac eorum proles in bonis suis eisdem legitimate succedere valeant, impedimento consanguinitatis hujusmodi non obstante, cum ipsis auctoritate nostra dispenses, prout secundum Deum ant-

ma-

*marum eorumdem saluti ac predicto negocio videris
expedire. Datum Laterani nonis Januar. Anno XI.*

Lateraan 5 Jan. 1254. Zie de
Byvoegselen.

Decze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CXXXIV.

*Scolastico Noye Ecclesie extra muros
Huxarien. Padenburgen. Dioc.*

Meritis laudabilis conversationis & vite dilect. fil. Joannes Cononicus Lubicen. Clericus dilecti filii Nob. Viri. . . Ducis de Brunswic sororii Carissimi in Christo filii gestri W. Regis Romano-rum Illustris iuvari dinoscitur, ut a nobis benigni favoris gratia foveatur. Hinc est quod nos in eo dictum Ducem et Ven. Fratres nostros . . Archiepiscopum Livonie & Pruscie, ac . . Epis- copum Roskilden., nec non Comites Holstane Ec-

Ecclesia Romane devotos, qui pro ipso apostolicam gratiam per affectuosas litteras implorauit honore volentes, mandamus quatenus eidem Canonico in aliqua Ecclesiarum Bremen. provincie, Cathedralium, vel aliarum prout duxerit acceptandum. de personatu, vel dignitate, etiam curam animarum habente, ad cuiuscumque collationem pertineat, si vacat ad presens, vel quam primum ad id se facultas obtulerit, auctoritate nostra provideas, aut per aliud facias provideri. Non obstan. si pro aliis in Ecclesia, in qua sibi prouisum fuerit direxerimus scripta nostra, quibus &c. (usque generari), vel si de mandato Legatorum sedis apostolice aliqui sunt ibi recepti, quibus eum in asecutione hujusmodi personatus & dignitas preferri volumus, sicut de jure fuerit preferendum, seu quod idem alias beneficiatus existat, aut quod alias scripsimus pro eodem, sive aliqua indulgentia quibuscumque personis, locis vel dignitatibus de partibus illis comunitate, vel divisim, sub quacumque forma, vel expressione verborum ab apostolica^q sede concessa, quod suspendi, vel interdici, aut excommunicari, seu ad receptionem alicujus compelli non possint &c. (usque mentio habeatur), aut constitutione de duabus dies edita in concilio generali, ita quod ultra tertiam vel quartam &c. Contradictores &c. Nos enim nichilominus irritum decernimus & inane, si secus

su-

Super premissis fuerit attemptatum. Datum La-
serani V Kal. Februarii Anno XI.

Lateraan 28 Jan. 1254.

Zie de

Byvoegselens.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
 in het Pauselyk Archiev.

CXXXV.

archiepiscopo Magdeburgen.

Ad faciendam tibi gratiam specialem, de-
devotionis constantia, quam ad nos & Romanam
Ecclesiam habere dimicaris, & Carissimi in
Christo filii nostri W. Regis Romanor. Illu-
siris precamina nos inducunt. Cum igitur
sicut ex tua & ipsius parte fuit propositum
coram nobis dum ad ipsum ab eo vocatus pro
recipiendis de manu ejus juxta morem rega-
libus & Imperii agendis accederes captus &
spoliatus in via magna prius quam evaderes
subire te oportuerit onera expensarum; nos

X

ijus.

*eiusdem Regis & tuis supplicationibus inclinata
presentium tibi auctoritate concedimus, ut proveni-
tus et redditus primi anni beneficiorum vacantium,
vel que usque ad completum triennium vacare
contigerit in tua Civitate vel dioc. convertere
per te vel alium valeas in solutionem hujus-
modi debitorum. Contradictores &c. Non
obstat. si aliquibus de partibus illis quod ex-
communicari, suspendi, vel interdici, aut
conveniri extra certa loca non valeant a sede
apostolica sit indulsum. Datum Lateranum
VIII Idus Februarii Anno XI.*

Lateraan 6 Feb. 1254.

voegselen.

Zie de By-

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CXXXVI.

Episcopo Sambien.

*Ad promotionem negotii Ecclesie ac Roman.
Imperii cunctis inhiantes affectibus iugi erga
eam*

eam sollicitudine vigilamus, & ut possit auctore
Dominō laudabiliter provenire, totius diligen-
tie studium adhibemus, impendendo ad hoc
quam possumus operam, & aliorum opem
nichilominus postulando. Hinc est quod nos
de Fraternitate tua plenam in Domino fiduciam
obtinentes, presentium tibi auctoritate concedimus,
ut per Regnum Alamannie possis Christi fidelibus
proponere verbum Crucis, & omnibus, qui pro ec-
clesie vel karissimi in Christo filii nostri W. Ro-
man. Regis Illustris auxilio vel subfudio contra
C. natum quondam Fr. Rom. Imperatoris, suos-
que fautores ipsius Crucis signum assumpserint,
illam peccatorum veniam, & idem privilegium,
eamque immunitatē tribuere, que Crucesignatis
pro terra sancte succursu consuerit sedes Apos-
tolica elargiri, eosque sub protectione sedis ejusdem
fuscipere, ac ipsis conservatores juxta formam pre-
dicte sedis solitam deputare; personis insuper ec-
clesiasticis, que contra predictos C. & fautores
ipsius crucis fuerint charactere insignite, tribuere
licentiam obligandi usque ad triennium redditus
& proventus suos ecclesiasticos juxta indulgentiam
Crucesignatorum pro terre subventione prefate non
obstante consuetudine qualibet, vel statuto quacum-
que firmitate vallatis, nec non convocare pleba-
nos, Rectores & Clericos Ecclesiarum ejusdem
Regni cum suis plebibus pro memorato negotio

quotiens videris expedire, ipsosque si necesse fuerit ut ad tuam convocationem accedant per centuram ecclesiasticam privilegiis quibuslibet & indulgentiis apostolicis nequaquam obstantibus cohercere, ac ut copiosior ad audiendum verbum prefatum populi confluat multitudo, omnibus vere penitentibus & confessis qui ad hujusmodi tuam predicationem accesserint XX vel XL dies de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Laterani XIII. Kal. Martii Anno XI.

Lateraan 16 Febr. 1254.

Zie de

Byvoegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CXXXVII.

Episcopa Sambien. & dil. fil. Predicatoryibus
verbi Crucis in Regno Alamanie.

Cum sacris sit canonibus interdictum ne hit
qui accedentes ad torneamenta causa congregantur,
& vires suas temere ostentandi occiduntur ibidem,
gradantur ecclesiastice sepulture non intendimus

alio

aliquibus aperire viam eundi ad torneamenta hujusmodi, sed ea omnimode desestamus. Verum si quos quod aspernamur ad ipsam ire contigerit talibus, qui aliquod subsidium iuxta facultates proprias secundum vestre discretionis prudentiam Carrissimo in christo fil. nostro W. Regi Rom. Illustri in communi causa contra Conradum natum Fr. condam Rom. Imperatoris & fautores ejusdem prosequenda prestiterint vel qui in ejusdem Regis subsidium contra predictum C. & fautores eosdem pro se, vel suis predecessoribus assumpserint signum Crucis, volentes in hac parte ob favorem ipsius Regis & negotii generalis, quod eidem pro Christiani populi pace prosequitur remedio specialis gratie providere vobis presentium auctoritate concedimus, quod si quos eorum ibi mori contigerit ipsis vel hiis pro quibus heredes talium, aut consanguinei & amici hujusmodi subsidium prestiterint dummodo in ipsis omnibus apparuerint signa penitentie manifesta, possitis per vos vel alios ad hoc idoneos auctoritate nostra concedere, quod tradantur ecclesiastice sepulture, Presentibus post triennium &c. Dat. Laterani XIII Kalen. Martii Anno XI.

Lateraan 17 Febr. 1254. Zie de
Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

CXXXVIII.

Episcopo Sambien.

Ad hoc Deus in apostolica sede constituit plenitudinem ecclesiastice potestatis ut Romanus Pontifex, qui claves in Beato Petro potestatis & discretionis accepit nunc rigorem exerceat, nunc mansuetudinem anteponat, prudenter attendens non solum personas, sed causas etiam cum quibus, etiam & ex quibus dispensare disponit, quia non est reputandum personis deferri, cum pro loco & tempore non privati sed publici comodi gratia quicquam aliquibus sine juris injuria indulgetur. Hinc est quod nos promotionem generalis negotii Fr., quo iamdiu in Regno Alamanie per Romanam Ecclesiam dinoscitur laboratum. & profectum Carissimi in Christo filii nostri W. Regis Rom. Illustris totis desideriis affectantes ipsius Regis supplicationibus inclinati dispensandi cum V. personis Regni ejusdem, qui in ipsius Regis subsidium assumpserit signum Crucis pro quibus id a te petierit Rex prefatus, quod eorum quilibet attinentem sibi mulierem in quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis sibi valeat matrimonialiter copulare impedimento hujusmodi non obstante, prout id rationabilis causa suaserit, Fraternitati tue liberam concedimus an-

zoritate presentium facultatem. Datum Lateran⁸
VIII Kalen, Martii Anno XI.

Lateraan 22 Febr. 1254. Zie de By-
voegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

CXXXIX.

Episcopo Trajecten.

Personam tuam, quam circa negotium univer-
salis Ecclesie prompta esse intelleximus, & apos-
tolice sedis devotam prosequi favorabiliter inten-
dentes percipiendi per unum annum proventus
ecclesiasticorum beneficiorum, dignitatum & per-
sonatum, que in Civitate ac Dioc. tua usque
ad Triennium vacare contigerit, eosque in sum-
ptus, quos pro servitio Romane Ecclesie ac Carissi-
mi in Christo filii nostri W. Regis Rom. Il-
lustris te subire contigerit integre convertendi,
nec

nec non & contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi. Non obstan. si aliquibus a sede Apostolica sit indulatum, quod absque speciali mandato sedis ipsius excommunicari, aut interdicti nequeant vel suspendi liberam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Proviso tamen quod interim hujusmodi beneficia, dignitates, & personatus debitibus non fraudentur obsequiis, & a. cu. in eis quibus ipsa imminet nullatenus negligat. Datum ut supra.

Lateraan 22 Febr. 1254.

Zie de By-

voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pausselyk Archiev.

CXL.

Episcopo Sambien.

Attenta sedis Apostolice circumspetio congrue temporum vices pensans &c. (usque agat). Hinc est quod nos attendentes fidei puritatem, quam Nob.

Nob. viri Dilecti filii Conradus de Thenzen & Olricus de Snabelburch Constantien. diec. ad nos, & Romanam habent Ecclesiam, nec non & grata devota obsequia, que Carissimo in Christo filio nostro W. Rom. Regi Illustri in promotione negotii generalis Ecclesie ac Rom. Imperii incessanter haec tenus impendisse dicuntur, ac volentes ipsis ex hoc in eorum petitionibus existere favorabiles, & benigni, ejusdem Regis, & Ven. Fratrum nostrorum . . Argentinen. & Constantien. Episcoporum supplicationibus inclinati Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus cum dil. fil. nob. viro Henrico nato predicti C. & nob. muliere Odelhilda filia prefatis Olriei, ut possint ad invicem matrimonialiter copulari, non obstan. quod quarta consanguinitatis linea se contingunt auctoritate nostra dispenses.
Datum Laterani V Kal. Martii. Anno XI.

Lateraan 25 Febr. 1254. Zie de By-
voegselen.

Deezel Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

C X L I .

*Petro S. Georgii ad Volum Aureum Diac.
Card.*

*Cum Ven. Frater noster . . . Archiepiscopus
Pruecie , cui episcopatum Lubicen. pro sui sus-
tentionem jamdudum commendavimus in loco
ydoneo ubi & residere , ac de proventibus ar-
chiepiscopalibus commode sustentari potest erexe-
rit sicut accepimus sedem suam , nos volentes de
ipso Episcopatu Ven. Fratri nostro J. de Dist.
Ordinis Fratrum Minorum Episcopo Sambien.
pro quo ad instantiam Carissimi in Christo filii
nostrri W. Regis Rom. Illustris alias scripsimus
providere , prout in litteris inde confectis dicitur
plenijs contineri , mandamus quatenus hujusmo-
di commendationem , seu concessionem factam ipsi
Archiepiscopo revocans eumdem Episcopum ab-
solveris a vinculo quo tenetur Ecclesie Sambien.
preficias ipsum auctoritate nostra Lubicen. Ec-
clesie in Episcopum & Pastorem , plena sibi spi-
ritualium & temporalium ejusdem Ecclesie ad-
ministracione commissa & concessa , ei nichil o-
minus licentia se ad ipsam Ecclesiam transferen-
di , ac facias ei per te vel alium a Capitulo &
Clero Civitatis , & Disc. Lubicen. obedientiam
&*

& reverentiam debitam exhiberi. Contradictores &c. Non obstante si aliquibus de partibus illis, quod excommunicari, suspendi, vel interdicti, aut conveniri extra certa loca non valeant a sede Apostolica sit indultum, & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Datum Laterani IIII. Nonas Martii Anno XI.

Lateraan 4 Maart 1254.

Zie

de Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

CXLII.

*In nomine sancte & individue trinitatis Amen
Ego Johannes de Leda miles notum facio yni-
uersis presentia visuris quod frederico de zuven-
der genero meo contuli in feodo bona in cabbau-
ia: entia centum videlicet jugera & amplius cum
omni decima censu & judicio. Item contuli
eidem f. in feodo quinque jugera in ghero iacen-*

Y 2

tia

tia cum censu decima & judicio. Item contuli ei vnum mansum in bonrepas iacentem in feodo Item contuli dicto f. in feodo dimidium mansum de illis nouem viertel que ego tereo in feodo a Comite hollandie Sciendum vero est quod de omnibus istis bonis predictis non dabitur jn acquisitione plus quam vnum hergewade post mortem vero dicti frederici pueri ipsius cuiuscumque sexus quos videt. ex lysa filia mea antedicta bona iure feodali obtinebunt Si vero prefatum fredericum sine liberis decedere contigerit proximi heredes sui siue masculini siue feminini sexus fuerint dicta bona recto iure feodali a me vel a meis heredibus obtinebunt Nec ab omnibus bonis predictis jn acquisitione plus dabunt quam vnum hergewade Istud autem durabit de herede in heredem imperpetuum. Testes autem qui hunc factio interfuerunt sunt hi johannes dominus de arkle dominus wilhemus de sternen dominus harbernius de monte frater domini johannis de arkel milites hugo dictus bouttere & johannes filij mei jn testimonium autem huius facti & munimen perpetuum Ego johannes de led a miles presens scriptum meo sigillo domini jo. de arkel domini w. de sternen & domini herberni de monte militum sigill. feci communiri Datum

&

*& actum anno domini millesimo Ducentesimo
quinquagesimo tercio in die Beat. ghertrudis vir-
ginis.*

Den 17 Maart 1254. III. 426, 431, 432,
441, 451, 459. IV. 121, 190.

Dit Stuk berust op de Hollandsche
Leenkamer.

CXLIII.

*Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex sem-
per Augustus, universis presentes litteras inspec-
turis, gratiam suam & omne bonum — Da-
tum Noviomagi sexto Cal. Aprilis, Indictio-
ne XII.*

Nymegen 27 Maart 1254. Zie de
Byvoegselen.

CXLIV.

I. Episcopo Lubicen.

*Cum ante quam te de Sambien. ad Lubicen.
Ecclesiam transtulerimus quedam tue sollicitudi-
ni super predicanda cruce in sublidium Carissimi
in Christo filii nostri W. Regis Rom. Illustris,
& quibusdam aliis negotiis commiserimus expe-
dienda volumus, & per apostolica tibi scripta
mandamus, quatenus ea prout tibi tunc com-
missa fuerunt exequaris fideliter & prudenter.
Contradictores &c. non obstan. si aliquibus de
partibus illis, quod excommunicari, suspendi,
vel interdici non valeant a fede apostolica sit in-
dultum. Datum Laterani Nonis Aprilis Anno XI.*

Lateraan 5 April 1254. Zie de By-
voegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CXLV.

admittit et

CXLV.

... Cantori Cameracen.

Cum digni sint gratia quorum sunt merita gratiofa merito eis ad gratificandum inducimur, ipsosque favoris prosequimur speciali. Volentes igitur dil. fil. Magistrum Petrum de Hostresel Clericum probitatis sue meritis de quibus laudabile nobis testimonium perhibetur a pluribus, & obtentu Cariss. in Christo filii nostri W. Regis Romanor. Illustris, pro ipso nobis humiliter supplicantis prosequi gratiose, mandamus quatenus eundem Magistrum in aliqua Ecclesiarum Civitate vel Dioc. Leodien. quam maluerit recipi facias per te vel per alium auctoritate nostra in Canonicum & in Fratrem sibi de prebenda, si qua in eadem Ecclesia vacat ad presens, vel quam primum ad id se facultas obtulerit provisurus. Non obstante statuto de certo Canonico numero juramento uel alia firmitate vallato, aut si specialiter scripsunus ibidem pra aliis quibus per hoc nolumus prejudicium generari, vel si de mandato Legatorum sedis apostolice, vel proprio motu Capituli ejusdem Ecclesie aliqui sint ibidem recepti, quibus ipsum magistrum volumus in affectione prebende, sicut de jure fuerit anteferri,

ye!

vel si non sit expressum in litteris nostris nomine alicujus Ecclesie vel persone, seu indulgentia sedis apostolice quibuscumque personis vel locis communiter vel divisi sub quaquamque verborum expressione concessa, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, quodque ad receptionem, vel provisionem alicujus compelli non possint per litteras apostolicas &c. (usque mentionem), sive qualibet alia per quam presentibus totaliter non insertam hujusmodi gratia impediri valeat vel differri, aut quod dilecto filio . . . Electo Leodien. dicitur esse concessum a nobis, quod in sua Civitate vel Dioceſi nequeat alicui de beneficio ecclesiastico provideri per litteras apostolicas in quibus idem datus non fuerit executor, aut quod idem Magister alias beneficiarius existit, vel quod revocasse dicimur in aliquibus locis ejusdem Civit. & Dioceſ. gratias auctoritate sedis apostolice factas & facendas per litteras impetratas vel etiam impetrandas. Contradictores &c. nos enim decernimus irritum & inane si secus a quoquam in ipsius Magistri prejudicium fuerit attemptatum. Datum Laterani non. Aprilis anno XI.

Lateraan 5 Apr. 1254. Zie de Byvoegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

CXLVI.

CXLVI.

... Abbatij & Priorij Monasterij Hafflingen. Cameracen. Dioc.

Dilectum filium Renrum de Thenis Clericum
tentes obtentu Carissimi in Christo filii nostri
H. Regis Rom. Illustris nobis pro ipso attentius
per suas litteras supplicanis prosequi gratiose,
mandamus quatenus ipsum nullum sicut afferit
ecclesiasticum beneficium obtinentem in aliqua
Ecclesiarum Leodien. dioc. auctoritate nostra per
pos, vel per alios recipi faciatis in Canonicum
in fratrem, de prebenda sibi si vacat ad pre-
is, vel quam primum ad id se facultas obtu-
rit provisuri. Non obstan. Si Ecclesia, in
qua ei provideritis statutum habeat de certo Ca-
nonicorum numero juramento &c. (usque robo-
ratum), aut si direximus in eadem Ecclesia
scripta nostra pro aliis, quibus per hoc nolumus
prejudicium generari, vel si aliqui Legatorum
sedis ejusdem auctoritate vel proprio motu Capi-
tuli in eadem Ecclesia sunt recepti, quibus eum
in affectione prebende sicut de jure fuerit volu-
nus anteferri, aut si personis ejusdem Ecclesie,
vel aliis quibuscumque ab eadem sede indultum
existat, quod excommunicari, suspendi, vel in-

Z ter-

*terdici, seu ad receptionem vel provisionem cu-
jusquam compelli non possint per litteras aposto-
licas &c. (usque mentionem), seu qualibet
indulgentia dictæ sedis per quam in presentibus
&c. (usque differri) Contradictores &c. Nos
enim ex nunc decernimus irritum & inane, si
quid super hoc in elusionem mandati nosir, &
ipsius R. dispendium contigerit attemptari. Da-
tum Laterani VIII. Idus Aprilis Anno XI.*

Lateraan 6 April 1254.

Zie de

Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

C X L V I I .

*Nobili Viro Albrico de Romano nostro
& Ecclesie Romane devoto.*

*Recte considerationis examine libra presidentis
expenditur dum cunctorum merita sic juxta ex-
ami-*

vinatione pensantur ut obprobrii pena exicio fororum
 colla premat; & fidelium obsequiis digna respon-
 deat retributio premiorum. Sicut enim in obse-
 quentium remuneratione pluries ad mérita virtu-
 tum erigimus, sic & in pravorum penis ceteris
 delinquendi audaciam prohibemus. Sane tue na-
 bilitatis assertio continebat; quod nos olim Ezeli-
 num de Romano quod de fide catholica male
 sentiret habentes certa ratione suspectum, ipsum-
 que qui pluries citatus legitime, ut cum pareret
 propter hoc personaliter coram nobis venire con-
 tempsit, tamquam hereticum reputantes, ac decer-
 nentes ipsum promulgatis adversus hereticos sanc-
 tionibus subiacere, ipsius bona tibi adjudicavimus
 universa, & Carissimus in Christo filius noster..
 Rex Romanor. Illustris propter premissa, & quod
 idem E. sibi obstinata rebellare perfidia presume-
 bat. diligenter attendens, ipsum castris, Villis,
 serris possessionibus, jurisdictionibus, Vassallis,
 Mancipiis & eorum pecuniis ac universis bonis
 suis regali auctoritate privavit omnino, ipsumque
 in ammissione eorum eadem auctoritate dampna-
 vit, tibi hec adjudicans universa, & ad te cum
 omni plenitudine juris pertinere decernens. Nos
 quoque quod per Regem ipsum super hoc factum
 exitit ratum habentes & gratum, id auctoritate
 apostolica duximus confirmandum. Cum

igitur nuper prefatum E. sicut manifestum hereticum sententialiter duxerimus iudicandum ipsum excommunicatum, & anachematizatum cum dampnatis hereticis deputando, ascriptis illis damnationis stipendia recepturum, nos devotionis tue precibus inclinati predictos ipsius Regis processus ac nostros robur obtinere decernentes perpetue firmitatis tibi denuo dictas ipsius E. Villas & omnia supradicta ex abundatis cautele studio conferimus, & adjudicamus, ac alias collata & adjudicata auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus, intrandi & apprehendendi corporalem possessionem omnium predicatorum per te vel alios auctoritate propria contrariis constitutionibus canonicis vel civilibus nequaquam obscuris plenam tibi concedentes ac liberam facultatem. Tenorem autem litterarum ipsarum presentibus ad cautelam duximus inferendum. Innocentius Episcopus servus servorum Dei, Dilecto filio Nobili Viro Albrico de Romana falsoem &c. Justis petentium &c. (usque completere). Cum igitur sicut petitio tua nobis exhibita continebat Carissimus in Christo filius noster W. Rex Roman. Illustris attendens perfidiam & obstinationem rebellionem Ezelini fratris tui, qui contra ipsum rebellare presumit, contempta excommunicationis sententia lata in ipsum E. a sede ape-

apostolica F. quondam Imperatori contra Ecclesiā dampnabiliter adherendo, quodque nos prefatum E. suis culpis exigentibus tanquam hereticum repusantes decrevimus latis aduersus hereticos sanctionibus subiacere, ipsum Castris, Villis, terris, possessionibus, jurisdictionibus, Vassallis, Mancipiis et eorum peculiis, ac universis bonis suis omnino privaverit, ac tibi & tuis heredibus adjudicaverit omnia supradicta, & ad te pertinere decreverit cum omni plenitudine rationis, prout in litteris dicti Regis confectis exinde plenius continetur, nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem Rege super hiis factum est ratum habentes & gratum, id auctoritate apostolica confirmamus &c. (usque communimus.) Tenorem litterarum ipsarum presentibus de verbo ad verbum inseri faciendo, qui talis est. *Willemus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus &c.* Nulli ergo &c. Datum Lugduni V Kalend. Decembr. Anno VIII. Nulli ergo &c. Datum Assisi VIII Idus Maji Anno XI.

Assisen 6 Mey 1254. Zie de By voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

CXLVIII.

Henrico Hildesemen. Episcopo.

Pro defensione jurium Imperii & Hildesemen. Ecclesie te oportuit, prout afferis magna subire onera debitorum. Nos itaque propter hoc & obtenuit Carissimi in Christo filii nostri Willemi Regis Roman. Illistris pro te apostolicam gratiam implorantis, volentes tibi gratiam facere specialem, percipiendi omnes redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum, que in Hildesemen. Civitate ac Dioc. usque ad Triennium vacare contigerit, convertendos in solutione hujusmodi debitorum nec non contradicentes per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi. Fraternitati tue liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Non obstante si est aliquibus ab apostolica sede indulsum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, que de industro hujusmodi plenam & expressam, ac de verbo ad verbum non fecerint mentorem. Proviso quod interim beneficia ipsa debitum obsequiis non fraudentur. Datum Assisi II Idus Maii Anno XI.

Assisen 14 Mey 1254. Zie de Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust in het Pauselyk Archiev.

C XLIX.

CXLIX.

Decano & Scolastico Ecclesie S. Johannis Osnaburgen.

Dilectum fil. Nobislem Virum Comitem de Binthem consanguineum Cariissimi in Christo filii nostri W. Regis Rom. illustris in persona dilecti filii Radolphi presbiteri Capellani ejusdem Nobilis nullum adhuc ecclesiasticum beneficium prout assertit obtinentes quantum cum Deo possumus honovere volentes, mandamus quatenus eundem presbiterum in Ecclesia Aldensolen. Trajecten. dioc. per vos, vel per alios auctoritate nostra recipi faciatis in Canonicum & in fratrem, de prebenda sibi si vacat ad presens ibidem, vel quamprimum ad id se facultas obtulerit provisuri. Non obstante certo ipsius Ecclesie Canonicorum numero, iuramento confirmatione sedis apostolice, aut alia quacumque firmitate vallato, seu si pro aliis scripta nostra direximus in eadem quibus &c. (usque generari), aut si personis ejusdem Ecclesie a sede sit indultum eadem, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus compelli, quoque interdicti, suspendi, aut excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes &c. (usque mentionem), sive quavis alia indulgentia sedis ejus-

*ejusdem de qua, vel de cuius toto tenore oporteat
in nostris litteris mentionem fieri, & per quam
effectus presentium impediri valeat, vel differri.
Contradictores &c. Datum Assisi XVI Kalen.
Junii. Anno XI.*

Assisent 17 Mey 1254. Zie de By-
voegselen.

Deeze brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

C L.

Archiepiscopo Rigen.

*Dignum est quod Clerici, qui assumuntur in
fortem Domini ad ipsius hereditatis participium
admittantur, ut illius sustententur stipendiis, cuius
militie sunt ascripti. Volentes igitur dil. filium
Godefridum Clericum propter hoc, & obtentu
dil. filii nobilis viri Adulsi de Blankenheim Ec-
clesie Romane devoti, qui nobis, & Carissima*

in

In Christo filio nostro W. Regi Roman. Illusit
obsequiosus dicitur contra ipsum Regis; & Eccle-
sie inimicos prosequi gratiose, mandamus quatenus
eidem Clerico, cui etiam ad hujusmodi gratiam
obtinendam sue probitatis merita suffragari dicun-
tur in aliqua Ecclesiarum tue provincie de aliquo
ecclesiastico beneficio prebendali, vel alio ad cu-
juscumque collationem, vel presentationem perri-
neat, quod idem duxerit acceptandum, etiam si
erum habeat animarum, & consuevit Clericis
secularibus assignari, vacante ad presens, vel
quam primum ad id obtulerit se facultas, auco-
ritate nostra per te provideas vel per alium pro-
videres, faciens ex nunc ipsum in Eccle-
sia in qua sibi provideri elegerit si cathedralis vel
alias Collegiata fuerit in Canonicum recipi & in
fratrem. non obstante si Ecclesia ipsa statuimus
habeat de certo Canonicorum numero juramento
confirmatione sedis apostolice, vel alio quocumque
mo. ro. aut si direximus in Ecclesia eadem
scripta nostra pro aliis, quibus per hoc nolumus
prejudicium generari, vel si persone illius Eccle-
sie Legatorum dictae sedis auctoritate vel motu pro-
prio aliquos in Canonicos receperunt, quibus etiam
in affectione hujusmodi beneficii sicut de jure
fuerit volumus anteferri, aut si Capitulo illius
Ecclesie, vel cuilibet persone dignitati, loco, vel

collegio ab eadem sede indulatum existat, quod ad receptionem, vel provisionem, cuiusquam compelli excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per litteras apostolicas &c. (usque mentionem) seu quavis indulgentia dicte sedis per quam in presentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus gratie hujusmodi valeat impedi-ri, seu etiam retardari, seu quod non est in sacris constitutus ordinibus, & defectum patitur in etate, cum ad eosdem ordines sit promoyer paratus, ut afferit tempore competenti & legitime proximus sit etati. Contradictores &c. Nos enim decernimus irritum & inane si quid super hoc contra mandatum nostrum & provisionem tuam a quoquam in ipsis Clerici prejudicium contigerit temere attemptari. Datum Assisi V. Kalen. Junii Anno XI.

Assisen 28 Mey 1254. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CL.

Episcopo Lubicen.

Cum summus Pontifex collatis sibi in persona Beati Petri &c. (usque utilitas persuadet). Hinc est quod nos obtentu Carissimi in Christo filii nostri W. Regis Röm. Illustris dil. fil. Nob. viri Gaufridi Domini de Periwas ejusdem Regis consanguinei devotis supplicationibus inclinati presentium tibi auctoritate committimus, quatenus cum ipso G. quod cum aliqua muliere etiam si eum quartā lienea, consanguinitatis attingat licite matrimonium contrahere valeat si Rex prefatus petierit dispensare proores. Datum Assisi IIII. Kal. Junii Anno XI.

Assisen 29 Mey 1254. Zie de By-

voegselen.

Deze Brief van Innocentius IV. berust

in het Pauselyk Archiev.

CLII.

... Scolastico Ecclesie Lessen. Leodien.
Dioec.

Sua nobis dilectus filius Martinus Clericus
Nobilis Viri A. Comitis de Los petitione mon-
stravit, quod cum nos olim obtentu Carissimi in
Christo filii nostri W. Regis Roman. Illustris,
& ejusdem Comitis super conferenda ei Ecclesia
de Warnans Leodien. dioec. decano S. Servacii
in Trajecto sub certa forma nostras litteras mi-
ssemus eod. Decano committere prout ex ipsa-
rum litterarum tenore poterat . . . Cantori Leo-
dien. super hoc totaliter vices suas, dictus Can-
tor detinens ipsum negotium diutius in suspenso
in eo procedere non curavit, anno & amplius
jam elapso in ipsius Martini prejudicium & gra-
vamen. Quare nobis humiliter supplicavit, ut
providere super hoc paterna sollicitudine curare-
mus: Ideoque mandamus quatenus si est ita eun-
dem Cantorem monere procures, ut in negotio
ipso previa ratione procedat juxta priorum con-
zidentiam litterarum. Alioquin per te vel per
alium in eodem procedas negotio juxta litterarum.

con-

continentiam earumdem. Datum Assisi II. Kalen. Junii Anno XI.

Assisen 31 Mey 1254. Zie
de Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CLIII.

*Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex &
semper Augustus universis ac singulis præsencia
inspecturis gratiam suam & omne bonum —
Datum in Castris apud Scrippi XIII. Kl. Julii
Indictione XII.*

Leger by Scrippi 19 Juny 1254.

Zie de Byvoegselen.

CLIV.

*Domino de Caleno Clerico Carissimi in Christo
filii nostri W. Regis Romm. Illustris.*

Cum sicut exhibita nobis tua petitio contine-

Aa 3 bat

bat dili. filio Magistro Nicolao dicto scarso Cano-
 nico Cameracen. scriptori nostro super provisione
 tua in Regno Alamannie sub certa forma semel
 & iterum obtentu ipsius Regis di exerimus scripta
 nostra, & te nullum adhuc de hujusmodi gratia
 eodem auctoritate, nonnulli Archiepiscopi,
 Episcopi, Abbates, Prepositos, Capitula & alii
 Ecclesiarum prelati ipsius Regni diversas indul-
 gentias, & litteras tam a nobis, quam ab apos-
 tolica sede Legatis, per quas eadem impediri &
 differri valeret provisio impetrasse dicantur, pro-
 videri tibi super hoc de benignitate sedis aposto-
 lice supplicasti. Nos igitur tuis supplicationi-
 bus inclinati, presentium tibi auctoritate conce-
 dimus, ut iudicentie & littere supradictae cu-
 juscumque fieris existant, etiam si de ipsis
 & toto tenore earum de verbo ad verbum, ac de
 nominibus, & dignitatibus illorum, ac numero
 receptorum in Ecclesiis eorum in nostris litteris
 expressam fieri oporteat mentionem, nullum tibi
 quominus provisionem libere asequaris eamdem
 juxta priorum literarum ipsarum continentiam
 prejudicium rebeat generare. Nulli &c.
 Datum Anagnie II. Novas Juli Anno XII.

Anagni 6 Jul. 1254. Zie de By-
 voegselch.

Deze Brief van Innocentius IV. berust
 in den Pauselyk Archiev.

auditorij non habet, cunctisq[ue] statim
acce[re]ptis etas eiusdem dicitur etiam
non monachis haec est, ut magis nominetur
CLV.
Archiepiscopo Maguinin.

In manibus dit. fili. . . Eleeti Spirens. quedam
prout accepimus nostre littere inter alia continen-
tes, quod nonnulli Prelati & Capitula Alamant-
nie, prout ab antiquo consuetum est primicias
precum Carissimi ip[er] Christo filii nostri IV.
Illustris Regis Rom. exaudientes promiserunt se
quibusdam Clericis in beneficiis ecclesiasticis provi-
furos, propter quod nos ejusdem supplicationibus
inclinati sibi concessimus, quod singuli Clerici,
quibus per hujusmodi precum primitias provideri
promissum est, aut etiam promittetur in affectuione
provisionum omnibus aliis, pro quibus nos, seu
Legati nostri scriptissimus sine ipsorum prejudicio
quo ad alia preferantur, ita tamen quod sint pre-
lationes hujusmodi singulares, nec per hoc illis,
qui iam sunt affecti beneficia derogetur. Tua
itaque Fraternitas propter concessionem istam peti-
vit a nobis, quod in casu isto sit de beneficiis cu-
ram animarum habentibus faciendum. Verum li-
get non reclamus nos predictas litteras concessisse,
tamen ipsos ad beneficia cum cura nolentes exten-
di, tibi ac prelatis & Capitulis Ecclesiarum, seu
Monasteriorum tue Civitatis & Dioc. presentium

auctori-

auuthoritate concedimus, quod non obstantibus eiusdem litteris hujusmodi beneficia cum cura vacantia, vel etiam vacatura que ad collationem nostram pertinent libere personis ydoneis conferatis, dummodo illis, qui super provisione sua nostras seu Legatorum nostrorum litteras impetrarunt nullum propter hoc prejudicium generetur. Datum Anagnie XI. Kalend. Augusti Anno XII.

Anagni 22 July 1254. Zie de By-
voegfelen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

CLVI.

... *Abbati Monast. Lieffen. Ordinis. Be-
nediti Cameracen, Dioc.*

*Devotionis qua Romana Ecclesia venerari, &
sequialis promptitudinis qua Carissimo in Chris-
te*

*to filio nostro W. Regi Rom. Illusiri sicut accepi-
mus te reddere acceptum diceris grata merita in-
tercedunt, ut contra concussionum molestias, que
interdum non ex caritate procedunt favore aposto-
lico muniaris. Hinc est quod nos tibi auctoritate
presentium indulgemus, ut nullus ordinarius in te
absque manifesta & rationabili causa excommunicati-
onis, suspensionis vel interdicti sententiā valeat pro-
mulgare, sine speciali mandato sedis apostolice totum
de verbo ad verbum tenorem hujusmodi indulgentie
continente. Nos enim sententias & processus quo-
libet & quicquid aliud contra presentis indulti con-
tinentiam seu mentem per quemcumque ordinari-
um, vel delegatum, seu subdelegatum, aut exe-
cutorem contigit attemptari vires decernimus non
habere. Nulli &c. Presentibus post decennium
&c. Datum Anagnie VIII. Kal. Augusti An-
no XII.*

Anagni 25 July 1254. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CLVII.

Nobili Viro Albrico de Roman.

*Animi tui satagunt enervare virtutem, & de-
votionis in te violare constantia, qui tibi sugge-
runt, vel in populo publicant nos cum Ezelino de
Romano reconciliationis habere tractatum, per
quam honori derogaretur catholice fidei Ecclesie
honestati & profectibus devotorum. Adverte igi-
tur fili astutias hominum ad fidelium subversionem
exercentium modos suos, & agnosce nos cum ho-
mione illo vel cum alio pro eo hujusmodi non ha-
bere tractatum, nec dante domino habituros, &
confide non dubius, quod si umquam ille, quod
vix credimus per condignam humilitatis peniten-
tiam studuerit aliquam misericordiam promereri,
numquam ad hoc per nostram clementiam, seu
aliquod sue calliditatis vel simulationis ingenium
pervenire valebit, ut aliquatenus ea que tibi per
nos vel Carissimum in Christo filium nostrum
Guillelmum Regem Rom. Illustrē concessa sunt,
vel in tuum commodum constituta & per sedem
Apostolicam confirmata mutantur, que omnia pre-
sentium auctoritate decernimus nullis contrariis
concessionibus vel constitutionibus, seu remissioni-
bus*

*bus obstantibus perpetuo robore incommutabiliter
valitura super quo has litteras in nostre constituti-
onis et pollicitationis indicium tibi duximus conce-
ienda. Datum Anagnie Idib. Augusti Anno XII,*

Anagni 13 Aug. 1254. Zie de
Byvoëgselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

CLVIII.

*Uenerabilij in christo Patri. dei gratia Ar-
chiepiscopo Coloniens. Petrus miseratione diuin-
sancti Georgii ad velum aureum Diaconus Car-
inalis apostolice sedis Legatus salutem in domino.
Ex parte dilectorum in christo fratribus domus
sancte Marie Traiectens ordinis sancte Marie
Theotonicorum, fuit propositum coram nobis. quod
venerabilis Pater. . Episcopus tunc electus, &
Prepositus Traiectens, Ecclesiam sancti Nicolaj
de Traecto spectantem ad eos tunc uocantem, eis
& ordini eorum sub annuo censu sex. libr. Traiec-*

B b 2

tens,

sens, eidem Preposito & alijs qui protempore fuerint annis singulis persoluendo, pia & prouida liberalitate cum omnibus suis pertinentijs perpetuo concesserunt. edificandi iuxta ipsam ecclesiam prout expedire uiderint, concedentes eis nichilominus liberam facultatem. saluis alijs juribus que Idem Prepositus de dicta Ecclesia percipere consueuit! sicut in eorum litteris inde confectis; dicitur plenius contineri. Nos autem eorum supplicationibus inclinati, & defectum si quis extitit in hujusmodi concessione supplentes, ipsamque prout proinde, ac sine juris alienj preiudicio facta est ratam & gratam habentes, eam auctoritate litterarum nostrarum duximus confirmandam. Quare Paternitate uestre presentium auctoritate mandamus. quatenus. ipsos super premissis contra confirmationis nostre tenorem non permittatis ab aliquibus indebite molestari. Molestatores huiusmodi, per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Antwerpiae xij. Kal. Septemb. anno domini m. cc. liij.

Antwerpen 20 Aug. 1254.

III

156, 219.

Dit Stuk berust in de Archieven van het

D. Huis te Utrecht.

C L I X.

CLIX.

*Wilhelmus Dei gra. Romanor. Rex jemper.
 Augustus. Vniuersis praesentes has inspecturis gra-
 tiam suam & omne bonum Tenore praesentium
 simileiter & publice protestamur quod omnes mi-
 nisteriales nostros ad praesens infra Villam
 de Wimmen manentes quos in concambium
 nostrorum ministerialium quos olim infra villam
 Egmondensem habuimus ab Abbe & Monasterio
 recipimus Egmondensi cum omni posteritate sua
 manumittimus & damus perpetue libertati. Ita
 tamen quod si aliquis uel aliqui dictorum homi-
 num uel ab eis descendantium ullo umquam tem-
 pore uel per coniugium uel alio modo in nostri
 vel alterius cuiuscumque ministerialitatis uel ser-
 vitutis relapsi fuerint reciduum. De omnibus al-
 lodiis eorum & prædiis infra dictam villam de
 Wimmem Jacentibus nobis tanquam si essent liberi
 in omnibus & per omnia servient. Statuimus etiam
 quod nullus ministerialium extra dictam villam
 Wimmem manentium predium infra eandem villam
 poterit comparare nisi nobis de dicto predio tan-
 quam si esset liberi hominis serviat. si quis uero
 contra hanc manumissionem & statutum nostrum
 ausu temerario venire præsumperit graueni cel-
 situdinis nostraræ offensam se nouerit incursum;*

In quorum omnium testimonium & evidentiam plenioram presentes literas exinde conscribi & sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum apud monasterium Egmondense ij Kal. Novembris Indictione Tertiadecima Anno domini Millefimo cc. l. quarto.

Egmond 31 Oct. 1254. Zie de By-
voegselen.

Dit Stuk berust op 'de Leenkamer
van den Huize van Wassenhaer.

C L X.

*Petrus miseratione diuina sancti Georgij ad
velum aureum Diaconus Cardinalis apostolice
sedis legatus Dilectis in Christo . . Abbatisse
Martertere Serenissimi Principis domini W. Regis
Romanorum Illustris & Conuentui Mon. de Rins-
neborg, ordinis sancti benedicti. Traiectens dioc.
Salutem in domino. Expedit interdum Religiosas
per-*

personas que multis ieiunijs & vigilijs affliguntur
 alicuius consalationis spiritu Recreati. ut feruen-
 tius, diuinum obsequium resumentes, illud conti-
 nuent animo puriori. Hoc itaque digna con-
 sideratione pensantes, presentium vobis auto-
 ritate concedimus ut si necessitas exigitur
 & diocesano nostro expedire videbitur a festo
 sancte Crucis. usque ad festum omnium sanc-
 torum. & a Natiuitate domini usque ad Purifi-
 cationem bis in die corporali cibo refici ualeatis.
 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Pag-
 inam nostrae concessionis infringere vel ei ausu te-
 merario contraire. Siquis autem hoc attemptare
 presumpserit indignationem omnipotentis dei &
 beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se
 nouerit incursum. Datun Leodij xvij. Kal.
 Decembr. Anno domini M. cc. liij.

Luik 16 Nov. 1254. III 237.

Dit Stuk berust onder de Rynsburgsche
 Archieven.

CLXI.

Henricus dei gratia traiectens. episcopus. Om-nibus presentia visuris notum facimus. quod theo-dericus dictus volkard ciuis traiectensis in nostra & prelatorum. ac ministerialium nostrorum perso-naliter constitutus presentia. theoderico dicto eggard canonico sancti iohannis presentium conseruatori proprietatem omnium rerum suarum tam mobilium quam immobilium infra muros ciuitatis trajectens. iacentium retento sibi tantummodo usufructu libe-raliter in elemosinam resignauit. ordinationem ipsarum prout expedire videbitur eidem fideliter & integraliter committendo. In cuius rei testi-monium presens scriptum eidem TH. eggard. porrexiimus. nostro & H. abbatis sancti pauli. E. prepositi tylensis. & w. sancti saluatoris decani. Giselberti de Sulen. stephani, de wicb. & gerardi de vltra vecht militum sigillis firmiter roboratum Datum & actum traecti. Anno do-mini m. cc. l. quarto. Mense nouembri.

Utrecht. Novemb. 1254.

III 197.

Dit Stuk is getrokken uit het rode Boek
van de Kerk van St. Jan te Utrecht.

CL XII.

CLXII.

Nobili Viro Albrico de Romano.

Fidei tue constantia, qua sedis apostolice inter ceteros Italie proceres benivolentiam meruisti in auribus nostris publice pro te clamat laudabilibus operum testimoniiis, quibus hactenus claruit, non patientibus in oblivionem apud nos tui nominis venire memoriam, qui felicis recordationis Innoc. P. P. predecessoris nostri sicut in apostolatus ministerio sic & in caritatis officio, licet alias immeriti succedentes in prosequendo condigne gratie premiis merita de- votorum ipsius proponimus equare virtutem, & propositum adimplere. Nos enim latere non possunt jacture multiplices & pressure, quas tu, & Tervisini Civitas tuo commissa regimini propter Deum cum Ecclesia ab ipsis adversariis longo tempore usque ad amissionem bonorum, & usque ad vite discrimina pertulisti. Stat affidue ante oculos nostros, quod tu malitiam fraterne impietatis abhorrens hostem, ei te constituere lacato nature federe decreyisti, quem Deo & ipsius

C c

sponsa

sponse catholice videlicet Ecclesie fecit operum suorum perversitas inimicum. Cirtus ergo fili quod merita tua apud nos habentur libro illabilis memorie commendata. Age constanter, nec in honorum tuorum perseverantia fatigeris, sciens quod ad relevandum statum tuum & Civitatis predicte aliorumque Marchie Teryisin. fidelium intendimus in brevi fayente Domino intendere studiose, ut saniori cansilio cogatur acquiescere pertinacia malignorum & devotorum persistentia cōportuno presidio convalescat. Nos autem cum Ezilino de Roman. quem tanquam hereticum eum justum Ecclesie judicium reprobavimus, nullum reconciliationis intendimus movere tractatum, per quem status catholice fidei & publice salutis utilitas ledetur. Quod si aliquando forsitan possibile fuerit, eum condigne penitentie remedio aliquam veniam promereret, nullum ex hoc volumus concessionibus a Carissimo in Christo filio nostro W. Rege Rom. Illustris de bonis ejusdem E. tibi factis, & per sedem apostolicam confirmatis prejudicium generari, quin potius eas, quas ratas & gratas habentes, auctoritate apostolica confirmamus &c. (usque communimus), non obstante reconciliatione qualibet si qua ab Ecclesia eum obtinere contigerit perpetuo rebore valituras. Nulli

ergo

ergo &c. Datum Neapoli XI. Kal. Januarii
Anno Primo.

Napels 22 Dec. 1254. Zie de
Byvoegselen.

Dæze brief van Alexander IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CLXIII.

Ego Symon miles dictus de harlem Notum
facio vniuersis presentem literam inspecturis
quod dilecto meo & fideli iacobo dicto de hilse-
broeke ciui in Harlem contuli decimam meam
de rauensdorp quam dominus ghysberius dictus
scute & filij sui a parentibus meis & a me in
feodium tenuerunt libere possidendam tali condi-
tione interposita cum dictum iacobum viam vni-
uersæ carnis ingredi contigerit quod dicta deci-
ma ad seniorem filium vel filiam suam semper
libere deuoluetur In cuius rei testimonium &
C c 2 munj.

munimen presentem litteram prefato iacobo Silli munimine contuli roboratam datum harlem anno domini m. cc. quinquagesimo quarto , feria tercia ante circumcisionem domini.

Haerlem 29 Dec. 1254.

III. 433,

448.

Dit Stuk berust op de Hollandsche
Leenkamer.

CL XIV.

*Episcopo Pergamen. & . . . Priori
provinciali Fratrum Predicorum in
Lombardia.*

*Exhibita nobis . . . Potestatis & Communis
Pergamen. petitio continet, quod fel. record.
J. P. P. predecessor noster, nec non quidam
apostolice sedis legati, eorumque delegati in
eos*

*eos specialiter pro eo , quod ipsi Potestas & Com-
 mune condam Fr. olim Imperat. & C. nato
 ejus ipsorumque officialibus , & sequacibus con-
 tra Ecclesiam adheserunt , excommunicationis ,
 & in Civitatem & Dioc. Pergamen. interdicti
 sententias promulgarunt , & incurrerunt iidem
 sententias hujusmodi in predictos , & eorum se-
 quaces generaliter promulgatas , quas ad cor re-
 versi petierunt humiliter sedem apostolicam re-
 laxari . Quamvis igitur excessus hujusmodi eo
 esset puniendus severius quo dilutius in hujusmo-
 di sententiis prestiterunt , nos tamen exemplum
 imitantes ipsius cuius miserationes super omnia
 opera sunt ejusdem , ac volentes mansuetudine
 temperare rigorem , relaxandi juxta formam
 Ecclesie circa excommunicatos & interdictos
 ipsos , prestito juramento de parendo mandatis
 ejusdem , hujusmodi excommunicationis & in-
 terdicti sententias discretioni vestre de qua ple-
 nam fiduciam obtinemus liberam auctoritate
 presentium concedimus potestatem . Iniuncto eis
 precipue a vobis in virtute presiiti juramenti ,
 quod persecutoribus Ecclesie non adherebunt , nec
 prestabunt auxilium vel favorem de cetero contra
 eam , & quod Carissimo in Christo filio nostro
 W. Regi Rom. Illusiri sicut dil. fil. Cives Med.*

*debite fidelitatis exhibeant juramenta. Datum
Neapoli II. Nonas Januarii Anno Primo.*

Napels 4 Jan. 1255.

Zie de

Byvoegselen.

Deeze Brief van Innocentius IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CLXV.

P. S. Georgii ad Volum Aureum Diac.

Card. apostolice sedis Legato.

*Significavit nobis Carissimus in Christo filius
noster W. Rex Romanorum Illustris, quod licet
ad supplicationem ipsius, fe. re. J. P. P. pre-
decessor noster tibi dederit suis litteris in manda-
tis, ut dil. fil. Arnoldo & Henrico Can. Leo-
dien. natis nob. viri . . Comitis de Los ejusdem.
Regis consanguinei de beneficiis ecclesiasticis,*

prout

prout nobilitatem deceret ipsorum in Regno Alamanie per te, vel per alium provideres. Contradictores &c. Quia tamen idem predecessor, re adhuc integra, rebus est humanis exemptus, dicti Canonici, nullum sunt de hujusmodi gratia comodum affectuti. Volentes igitur dicti Regis obtentu eis gratiam continuare predictam, mandamus quatenus si res ita se habet ad provisionem eorumdem Canonicorum per te vel per alium auctoritate nostra procedas juxta ipsius Predecessoris continentiam litterarum. Datum Neapoli VI. Kal. Martii Anno Primo.

Napels 24 Febr. 1255. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Alexander IV. be-
rust in het Pausselyk Archiev.

CLXVI.

*Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper
Augustus. Universis Sacri Imperii fidelibus
hanc*

hanc paginam inspecturis gratiam suam & omne bonum. — Datum Spiræ V. Kal. martii Anno Dom. 1255.

Spiers 25 Febr. 1255.

Zie de

Byvoegselen.

CLXVII.

*Wilhelmus Dei gratia Rom. Rex semper Aug.
Universis presentes Literas inspecturis gratiam suam & omne bonum. Meritis sacre religionis inducimur, ut personas religiosas & loca favoris benigni gratia jugiter prosequentes earum paci atque tranquillitati, ne jurgiorum percutiantur procellis, in posterum consulamus. Hinc est quod nos Monasterium Werneyieleriense Abbatem & Conventum & personas ibidem Domino famulantes cum omnibus bonis suis, que nunc habent, & in posterum dante Domino poterint adipisci, sub nostram & sacri Imp. protectionem recipimus specialem. Precipue bona nostra feodalia, videlicet in Udenheim sita, cum omni-*

nibus juribus & attinentiis suis, que a nobis vexillorum sollempnitate solent concedi, que etiam a viro nobili Gerhardo Comite de Diet sche manuque communicata Agnetis uxoris ipsius nostra voluntate compararunt, & nos ea prefato Monasterio Wernevillerienſi misericorditer propter Deum juxta magnificentiam principalem libere contulimus, ac regali largitate universis nostris in Oppenheim, Wefalia & Lutrea officiis constitutis tenore presencium firmiter injungentes, quatenus easdem personas in omnibus iuribus, libertatibus, & consuetudinibus ubique in Imperio, que eis fuerunt hactenus servata, manuteneantur & defendantur, nec permittatur, indebit molestari. Si quis autem eos contra protectionis nostre tenorem impedire audeat, vel presumat, gravem nostre celsitudinis offendit se noverit incursum. In cujus rei testimo ium presens scriptum exinde scribi & sigillo nostre Majestatis jussiūis communiri. Datum Hagenauge VI. Idus Marcii, Indict. XIII. Anno Dn. M. CC. quinquagesimo quinto.

Hagenau 10 Maart 1255. III. 374, 396,
e de Byvoegselen.

Deeze Brief is my door den Hr. LAMEY
uit het *Chartularium Wernerivilarienſe*:
MSt. medegedecl.

CLXVIII.

Willelmus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Vniuersis Sacri Imperij fidelibus presentem paginam inspecturis gratiam suam & omne honum. Nouerit tam presens etas quam successura posteritas, quod nos de prouidentia consilii nostri locum & fundum nemoris apud Frankefort quod Lindehe dicitur in ea quantitate & estimatione quantum competit laboribus sex aratrorum in ea parte ubi Nemus resecatum est, Claustro de Throno sancte Marie contulimus propter deum. Volentes ut quicquid ibidem excolere poterunt utilitatis, libere deinceps possideant & quiete. Mandamus igitur auctoritate Regia firmiter precipientes ut nullus sit qui dictum Monasterium & sorores ibidem altissimo famulantes, in predictis bonis audeat molestare seu dampnum eis aut grauamen a iquod irrogare Quodqui facere presumperit, iram tremendi iudicis, nostreque Celsitudinis grauem indignationem se nouerit incursum. Preterea id adiendum duximus & nobis & Imperio in donatione huiusmodi referuandum quod si nos uel successores nostri emere uoluerimus predicta bona pro centum marcis possimus libere rehabere. In cuius

*cuius rei testimonium presentes litteras exinde
fieri fecimus & nostro Sigillo munire. Datum
Geylenhusen xv. Kal. Aprilis. Indictione XIII.
Anno domini Millesimo Ducentesimo Quinquage-
simo Quinto.*

Gelnhausen 18 Maart 1255. III. II. IV.

227, en de Byvoegselen.

Het oorspronkelyke berust in het Dillen.

burgsche Archiev.

CLXIX.

*Nobili Viro Albrico de Roman. nostro & Ec-
clesie Romane deyoto.*

*Exigentibus tue devotionis meritis votis tuis li-
benter annuimus, & in hiis que digne depositis nos
tibi beniyclos exhibemus. Petilio siquidem No-
bilitatis tue nobis exhibita continebat, quod fel-
licis recordationis J. P. P. predecessor noster*

D d 2

Ecze-

*E*zelnum de Romano, quod de fidē catholica male sentiret habens certa ratione suspectum eumque qui pluries citatus legitime ut compareret propter hoc personaliter coram ipso venire contem̄sit, tanquam hereticum reputans, ac illum promulgatis adversus hereticos sanctioni us suūzere decernens tibi universa bona Accelini adiudicavit ejusden. Cumque Carissimus in Christo filius noster W. Rex Romanor. Illustris properter premissa, & quia idem E. sibi obstinata rebellare perfidia presumebat diligenter attendens, ipsum Castris, villis, terris, possessionibus, jurisdictionibus, Vasallis, Mancipiis, & eorum peculiis, ac universis bonis suis regali auctoritate privasset omnino, eumque in amissione illorum eadem auctoritate dampnasset tibi adjudicans universa hec, & ad te cum omni plenitudine iuris pertinere decernens, dictus Predecessor quod pr Regem ipsum super hoc factum extitit per suas litteras confirmavit. Processu vero temporis tuū idem predecessor memoratum E. sicut manifestum Hereticum sententialiter judicans ipsum excommunicatum & anathematizatum cum dampnatis hereticis deputasset adscripta illis dampnationis stipendia receptorum, tandem ad tuae preces predictos processus prefati Regis & suos robur obtinere decernens perpetue firmitatis, & tibi denuo ipsius E. Villas & omnia supradicta

ditta ex habundantis cautele studio conferens & adjudicans ea tili alias collata & adjudicata auctoritate apostolica confirmavit, intrandi & apprehendendi corporalem possessionem omnium predictorum per te vel per alios auctoritate propria contrariis constitutionibus canonicis vel cilibet nequaquam obstantibus tibi concedens plenam & liberam p[ro]testatem. Nos itaque tue sinceritatis precibus inclinati ea omnia, que idem predecessor, ac etiam Rex prefatus super premissis fecerunt, constituerunt, decreverunt, & adjudicaverunt rata & firma habentes, ipsi de fratribus nostrorum consilio auctoritate apostolica confirmamus &c. (usque communimus). Tenorem autem litterarum sumptum de Registro dicti predecessoris plenius exprimentium suos, & ejusdem Regis processus super hiis habitos de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est. Innocentius &c. Nulli &c. Datum Neapoli XIII. Kal. Aprilis Anno Primo.

Napels 20 Maart 1255.

Zie

de Byvoegselen.

Deeze Brief van Alexander IV. be-

rust in het Pauselyk Archiev.

CLXX.

Wilhelmus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus universis sacri Imperii fidelibus, presentes litteras inspecturis, gratiam suam & omne bonum — Datum Bopardie X. Kal. Aprilis. Ind. XIII. Anno Domini 1255.

Boppard 23 Maart 1255. Zie de By-
voegselen.

Een paar anderen van den zelfden dag lui-
den woordelyk het zelfde, behalven
dat het ééne heeft: & *semper*
Augustus.

CLX XI.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Vniuersis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum. Tociens regie celstudiinis sceptrum extollitur altius

altius & eius status a domino, a quo datur omnis potestas, felicius gubernatur, quo ciens religiosa loca divino cultui dedicata pia consideratione reguntur & ad ipsorum facultates augendas fauorabilis protectio principis inuenitur. Hinc est, quod nos cupientes religiosos viros . . Abbatem & Conuentum monasterii in Halsprunen Cysterciensis ordinis benigni fauoris prosequi gratia speciali, ac ipsos uti iure ac libertate a diuis Imperatoribus & Regibus Romanis predecessorum nostris pie concessa, eosdem & eorum Monasterium nec non & eorum bona, que nunc legittime possident & que iustis modis prestante Domino imposterum poterint adipisci, sub nostram & Imperii protectionem recipimus specialem, senore presentium publice protestantes, quod ipsos vel eorum bona nemini committemus, nec ulterius volumus, quod aliqua secularis persona de ipsis vel eorum bonis se aliquatenus intromittat, nec ab ipsis contra indulta privilegiorum suorum presumat exactionem aliquam extorquere. Insuper de ipsorum industria plenam in domino fiduciam obtinentes, ipsis capellam in Altenvurt prope Nuremberg cum suis attinentiis, ut in ea faciant Domino deseruiri, possidendam committimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis. Vnde presenti edicto uniuersis & singulis districtus inhibemus, ne quis ipsos contra hanc nostram gratiam

G

& nostre protectionis & inhibitionis tenorem molestare seu in aliquo perturbare presumat. Quod qui facere presumpserit, grauem indignationem nostre celitudinis se nouerit incursurum. Darum Colonie VI. Kalend. April. Indict. XIII. Anna Domini M. CC. LV.

Keulen 27 Maart 1255. Zie de By-
voegselen.

Dit Stuk berust in het Archiev
Plasfenburg.

CLXXII.

Heynricus dominus de Vorne ac castellanus totius Zeelandie yniuersis presentes visuris salutem & noscere veritatem. Nouerint uniuersi ac singuli quod nos heynrico filio arnoldi heynrico filio Wittonis & Wiffoni filio Hughonis de drencaert presentium conseruatoribus liberam concedimus facultatem & plenam de omni terra quam a nobis tenent iure feodali siue sit recens siue salsa aggerata vel non aggerata secundum utilitatem et voluntatem.

*Iunctatem ipsorum quocunque modo disponendi ipsam
aggerandi fodiendi quocunque modo voluerint co-
lendi, testimonio presentium litterarum Actum
& datum Zierixee Anno domini m. cc. l. quinto
in die philippi & Jacobi Apostolorum.*

Zierikzee i Mey 1255. III 52,

462.

Dit Stuk berust op de Hollandsche
Leenkamer.

C L X X I I .

*Abbati in Lenin. Cistercien. Ordinis Bran-
deburgen. Dioc. & ... Priori Provinciali Fra-
rum Predicorum Alamannie.*

*Ex parte dilector. filiorum Nobil. virorum..
Ducis Saxonie, ac Johannis Marchionis Brande-
burgen. fuit nobis humiliter supplicatum, ut eidem
Marchioni, & Nob. mulieri .. nate dicti Ducis*

Ee con-

contrahendi matrimonium ad inyicem & confirmandi contractum, ac in eo licite remanendi, non obstat. quod iidem tertia consanguinitatis linea sunt coniuncti licentiam de benignitate sedis Apostolice largiremur. Licet igitur conjugalem contractum copule inter tales fieri canones districtius interdicant, & raro, vel numquam nisi ex magne utilitatis & necessitatis causa sedes ipsa consueverit impedimentum hujusmodi per dispensationis gratiam submovere, quia tamen plura propter que sedis ejusdem clementia potest honeste ad predictam inclinari gratiam, fuerunt proposita coram nobis presertim prompta exhibitio utilium & magnorum servitiorum ab eisdem nobilibus in Ecclesie, ac Carissimi in Christo filii nostri W. Regis Rom. Illustris generali negotio impensorum & odiorum preteritorum fomitis in illis partibus extinctio salutaris & cautela qua per hoc futuris malis posse dicitur precaveri, nos eisdem Nobilibus omnem quam cum Deo possumus gratiam facere suadentibus, eorum meritis intendentibus discretioni vestre de qua plenam in Domino fiduciam obtainemus per apostolica scripta mandamus quatenus propositis hujusmodi servitiorum & aliarum necessitatum utilibus causis diligentius inquisitis, & attente perspectis eisdem auctoritate nostra petitam licentiam concedatis, cum ipsis super impedimento consanguinitatis hujusmodi dispensando,

prout

prout vestra circumspetio secundum Deum videbit expedire. Quod si non omnes &c. Datum Neapoli nonis Maii Anno Primo.

Napels 7 Mey 1255. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Alexander IV. berust
in het Pauselyk Archiev.

CLXXIV.

Willemus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus vniuersis sacri Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis. gratiam suam & omne bonum. Ad utriusque uite felicitatem prodeffe nobis nequaquam ambigimus. si loca diuino cultui mancipata curauerimus ampliare, et eorum comodo pia intenderimus voluntate. Ea propter dilectorum fidelium nostrorum . . Prepositi & Capituli ecclesie Turicensis benignis supplicationibus inclinati. omnia iura libertates & bonas

consuetudines, ipsis a diuis Imperatoribus et Regibus Romanis predecessoribus nostris pie indultas, super eorum possessionibus bonis & prediis que nunc largitione principum donatione fidelium & concessione siue confirmatione predictorum predecessorum nostrorum iuste ac legitime possident, uel in futurum emptione donatione uel concessione quorumcunque iustis modis prestante domino poterunt adipisci. auctoritate Regalis Culminis possidenda libere im perpetuum confirmamus. Tenore presentium Vniuersis & singulis sub interminatione nostre gratie distictius inhibentes, ne quis ipsos contra hanc nostram confirmationem & tenorem priuilegiorum predictorum predecessorum nostrorum impedire presumat, uel in aliquo molestare. Quod qui facere presumperit, grauem indignationem Celsitudinis nostre se nouerit incursum. Datum Egmond. X. Kal. Octobris Indictione xij. anno domini m. cc. l. Quinto: —

Egmond 22 Sept. 1255.

Zie de By-

voegfelen.

Dit Stuk berust in het Archiev ds Stichts
zum grossen Munster te Zurich.

CLXXV.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Universis sacri Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam & omne bonum. — Datum per manum Magistri Arnoldi de Hollandia Praepositi Wethstariensis dilecti Protonotarii nostri apud Tulpedium VII Kalendas Noyembris Indictione XIIII Anno Domini 1255. Regni vero nostri anno septimo.

Zulpich 26 Oct. 1255. Zie de Byvoegselen.

CLXXVI.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, dilecto Principi suo Episcopo Argent. & Comiti de Waldecke Justiciario Provinciali, fidelibus suis, graciam suam & omne bonum: — Datum in Trajecto minori XV Kal. Decembris. Anno Domini 1255.

Trajectum minus 17 Nov. 1255. Zie de Byvoegselen.

CLXXVII.

CLXXVII.

Electo Spiren.

*Exigentibus tue devotionis meritis votis tuis
libenter annuimus & petitiones tuas quantum cum
Deo possumus favorabiliter exaudimus. Cum
igitur sicut lecta nobis tua petitio continebat, ra-
tione Cancellarie, quam in Curia Carissimi in
Christo filii nostri W. Regis Romanor. illustris
obtines oporteat te Curie ipsi preesse, ac ejus
officia prout honori & utilitati ejusdem Regis
expedit ordinare, nos tuis devotis supplicationi-
bus inclinati presentium tibi auctoritate usque
ad festum Sancti Michaelis proximo futurum
fusciendi consecrationis munus de speciali gratia
prorogamus. constitutione de consecrandis Epis-
copis nuper a nobis edita non obstan. Nulli &c.
Datum Laterani VI Idus Decembr. anno
Primo.*

Lateraan 8 Dec. 1255.

Zielde

Byvoegselen.

Deeze' Brief van Alexander IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

CLXXVIII.

CLXXVIII.

*Wilhelmus Dei gracia Romanorum Rex semper
Augustus universis Imperii fidelibus gratiam suam
Omne bonum. — Datum Colonie Jdus De-
cembris Indicione XIV Anno domini 1255.*

Keulen 17 Dec. 1255. Zic de
Byvoegselen.

CLXXIX.

. . . Episcopo Brandenburg: n.

*Ex parte dilecti filii Nobilium Virorum J.
Marchionis Brandenburg: n. & P. Ducis Polonie
fuit nolis humiliter supplicatum, ut cum pro-
fessis discordiis, & inimicitias capitalibus so-
piendis, que inter predictos Marchionem & Du-
cem dudum exorte fuerant velint quod nobilis
vir Conradus natus ipsius Marchionis, & di-
lecta in Christo filia Nobilis Mulier Constantia
nata ejusdem Ducis ad invicem matrimonialiter*

co-

copulentur, dispensare cum eisdem Conrado & Constantia, ut non obstante quod alter alterum quarto consanguinitatis gradu contingit matrimonium contrahere insimul libere valeant de benignitate sedis apostolice curaremus. Ideoque mandamus quatenus si speratur, quod per hujusmodi matrimonium pax & concordia inter prefatos Ducem & Marchionem proveniant, evitentur homicidia & quies, atque tranquillitatis illis partibus procurentur, tibique constiterit quod id Karissimo in Christo filio nostro Willelmo Romanorum Regi Illustri placeat cum predictis Conrado, & Constantia ut matrimonium ad invicem contrahere libere possint impedimento non obstante predicto auctoritate nostra prout secundum Deum videris expedire. Datum Laterani XIII. Kal. Januarii anno Primo.

Lateraan 19 Dec. 1255. Zie de By-

voegfelen.

Deeze Brief van Alexander IV. berust

in het Pauselyk Archiev.

CLXXX.

*Nobili Viro Eustachio juniori de Rôdio, &
nobili mulieri Agneti de Oransagnies uxo-
ri ejus Cameracen. dioc.*

*Petitio vestra nobis exhibita continebat, quod
cum felicis recordationis J. Papa predecessor noster
dilecto filio nostro H. tituli sancte Sabine Presbi-
tero Cardinali tunc in Regno Alamanie Apostolice
sedis Legato sub certa forma per suas litteras com-
misisset ut cum quodam nobili de hanonia, quod
quandam nobilem mulierem quarta linea consan-
guinitatis eum attingentem sibi possit copulare ma-
trimonialiter dispensaret si Ecclesie, & Carissimi
in Christo filii nostri G. Regis Romanor. Illustris
videret negotio expedire, idem Card. Fratri Mi-
chaeli de ord. Predicatorum Insulen. commisit ut
super hoc juxta formam hujusmodi cum eodem
nobili dispensaret, sed dicto fratre Michaeli in ne-
gotio procedere differente, ac eodem Predecessore
viam universe carnis ingresso, dictus Cardinalis
de speciali mandato nostro ei viva voce facto pre-
dicto fratri Michaeli per suas litteras iterato com-
misit, ut juxta formam ab eodem Cardinale sibi
traditam procederet in negotio memorato. Porro
idem Frater Michael yobiscum qui estis de Han-*

F f

nia,

nia, ut non obstante quod attinetis vobis ad in-
vicem quarto consanguinitatis gradu possetis matri-
monialiter copulari, auctoritate concessionis hujus-
modi dispensavit, sicque pretextu talis dispensa-
tionis inter vos per verba de presenti matrimonium
contraxistis carnali copula subsecuta. Verum
Ven. frater noster . . . Cameracensis Episcopus
Diocestanus vester, vel ejus officialis ad quem
prout afferitur delatum fuit, quod hujusmodi ma-
trimonium subsistere non valebat vos fecit propter
hoc ad suam presentiam evocari. Quare nobis hu-
militer supplicastis, ut providere vobis super hoc
paterna sollicitudine curaremus. Volentes igitur
ut quod super hoc ab eodem Fratre Michaele pre-
textu commissionis sibi facte a predicto Cardinale
auctoritate nostra factum est robur obtineat firmi-
tatis, processum per predictum Fratrem Michae-
lem super hoc habitum ratum & gratum habentes,
illum auctoritate apostolica confirmamus &c. (usq[ue]
communimus), vobiscum nichilominus ad
cautelam auctoritate apostolica dispensantes ut gra-
du non obstante predicto, possitis in sic contracto
matrimonio licite remanere. Nulli &c. Datum
Laterani V. Idus Januarii Anno secundo.

Lateraan 9 Jan. 1256.

Zie de

Byvoegselen.

Deeze Brief van Alexander IV. berust
in het Pausselyk Archiev.

CLXXI.

Episcopo Cameracen.

Petitio dil. fil. Nobilis Viri Eustachii junioris de Rodio, & nobilis Mulieris Agnetis de Trasgnies Uxoris ejus tue dioc. nobis exhibita continebat, quod cum fe. re. J. P. P. predecessor noster dilecto filio nostro II. tituli S. Sabine Presbitero Cardinali tunc in Regno Alamannie apostolice sedis Legato sub certa forma per suas litteras commisisset, ut cum quodam nobili de Hanonia, quod quamdam nobilem mulierem quarti linea consanguinitatis eum attingentem sibi possit copulare matrimonialiter dispensaret, si Ecclesie & carissimi in Christo filii nostri W. Regis Rom. Illustris videret negotio expedire idem Card. fratri Michaeli Ordinis Fratrum Predicotorum Insulen. commisit, ut super hoc juxta formam hujusmodi cum eodem nobili dispensaret, sed dicto Fratre Michaeli in negotio ipso procedere differente ac eodem Predecessore yiam universe carnis ingresso, dictus Cardinalis de speciali mandato nostro ei viva voce facto predicto fratri Michaeli per suas litteras iterato commisit, ut juxta formam ab eodem Card. sibi traditam procederet in negotio memorato. Porro idem Frater Michael

F f 2

cum

cum eisdem E. & A. qui sunt de Hanonia, ut
 non obstante quod attinent sibi ad inyicem quarto
 consanguinitatis gradu possent matrimonialiter copu-
 lari auctoritate concessionis hujusmodi dispensavit
 siueque pretextu talis dispensationis iidem inter se
 per verba de presenti matrimonium contraxerunt
 carnali copula subsecuta. Verum tu vel officialis
 tuus ad quem prout afferitur delatum fuit, quod
 hujusmodi matrimonium subsistere non vale-
 bat, fecisti eos propter hoc ad tuam perso-
 nam evocari. Quare dicti nobiles nobis hu-
 militer supplicarunt, ut providere ipsis super hoc
 paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur vo-
 lentes ut quod super hoc ab eodem fratre Michaele
 pretextu commissionis sibi facte a predicto Car-
 dinali auctoritate nostra factum est robur obtineat
 firmitatis, processum per predictum fratrem Mi-
 chaelem super hoc habitum ratum & gratum ha-
 bentes, illum per nostras litteras duximus con-
 firmandum nichilominus cum eisdem nobilibus ad
 cautelam auctoritate apostolica dispensantes, ut
 gradu non obstante predicto, possint in sic con-
 tracto matrimonio licite remanere. Ideoque man-
 damus quatenus ipsos Nobiles super hoc aliqua-
 tenus decetero non molestes. Alioquin damus
 Veneri fratri nostro . . . Remen. Archepiscopo
 nostris litteris in mandatis, ut te a molestatione
 hujusmodi menitione premissa auctoritate nostra
 su-

*sublato appellationis impedimento cognita veritate
compescat. Datum Laterani XIII Kalen. Fe-
bruarii Anno secundo.*

Lateraan 20 Jan. 1256.
Byvoegselen.

Zie de

Deeze Brief van Alexander IV. be-
rust in het Pauselyk Archiev.

CLXXXII.

Capitulo Herbipolen.

*Orta olim inter Ven. fratrem nostrum Iringum
Herbipolen. Episcopum & dil. fil. Henricum Elec-
tum Spiren. tam super episcopatu Herbipolen.,
quam super dampnis, injuriis, & rebus aliis co-
ram Ven. fratre nostro . . . Episcopo Prenestrin.
partibus a nobis auditore concessso materia questio-
nis, tandem nos intellecto, quod Herbipolen. Ec-
clesia occasione hujusmodi discordie multipliciter
in spiritualibus & temporalibus laberetur, ac ti-*

F f 3

men-

mentes eam ad exinanitionis extreme profundum
 diuturnitate litigii devenire, dilectis filiis nostris
H. tituli *S. Sabine* Presbitero, *R. S. Angeli*, &
P. S. Georgii ad *Velum Aureum* Diac. Card.
 riva voce summatim ordinandi, & disponendi de
 questione hujusmodi, nec non dampnis, expensis,
 injuriis, ac omnibus aliis questionem eamdem con-
 tingentibus, & que contingere possent plenam con-
 sulimus potestatem, qui visis auditis, & intellec-
 tis, que tam idem Episcopus pro se, quam ma-
 gister Ditherus procurator ipsius Electi ejus no-
 mine in eorumdem Card. constituti presentia coram
 eis proponere voluerunt Dei nomine invocato, or-
 dinando, pronunciando, & sententialiter declaran-
 do dicto Episcopo eundem Episcopatum Herbipo-
 len. adiudicare curarunt prefato Electo Spiren. su-
 per ipso Episcopatu perpetuum silentium imponen-
 tes, ac mandantes nichilominus eidem, quod sibi
 super eodem episcopatu nullam decetero secreto vel
 publice moveat, vel movere faciat questionem, quin-
 immo Civitatem Herbipolen., Castra, Villas,
 ac quicquid per se vel alium tenet vel possidet,
 quod spectet ad eundem Episcopatum Herbipolen.
 ipsi Episcopo vel Nunciis suis absque difficultate
 quantum in eo fuerit deliberet & assignet ac absolvat
 de facto clericos & laicos episcopatus ejusdem ab
 omni juramento tam fidelitatis quam alio que dictus
 Electus recepit ab eis, a quibus ipsi Card. eos red-
 di.

diderunt etiam absolutos. Cassarunt preterea Card. predicti, ac cassum & irritum nunciarunt quicquid idem electus tanquam provisus electus seu prelatus Herbipolen. Ecclesie egit obligando, infeudando, locando, donando, vel quocumque modo alienando de quibuscumque bonis episcopatus predicti decernentes hujusmodi obligationes, infeudationes, locationes, seu alienationes quocumque nomine censeantur carere omni robore firmitatis. Cum igitur cumdem Episcopum ad Ecclesiam Herbipolen. cum plenitudine nostre gratie remittamus, Universitatem vestram rogamus & hortamur attente, mandantes quatenus ipsum cum ad vos per venerit recipientes ylariter & devote, ac sibi tanquam pastori vestro debitam obedientiam & reverentiam impendentes, ejus salubribus mandatis & monitis efficaciter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios, & vos in eo patrem invenisse benivolum gaudeatis. Alioquin sententiam, quam ipse rite &c. (usque observari). Datum Laterani II. Nonas Februarii Anno secundo.

In eundem modum Clero Civitatis & Dioc. Herbipolen.

In eundem modum Civitati & Dioc. Herbipolen. &c. (usque pastori vestro), debitam obedientiam & honorificentiam impendentes, ejus salubribus mandatis & monitis efficaciter intendatis, ita quod ipse &c. (usque gaudeatis). Datum &c.

In

In eumdem modum Vassallis & Ministerialibus Ecclesie Heripolen.

In eumdem modum W. Regi Romanorum Illustri (usque remittamus), serenitatem Regiam rogamus, monemus & hortamur attente, quatenus eumdem benigne recipiens ei prout consuetum est regalia conferas & assignes, alias ipsum tanquam nobile membrum Imperii favore regio prosequendo, ita quod celsitudinem tuam possimus exinde merito commendare. Datum &c.

In eumdem modum . . . Abbatii Fulden. Heripolen. Dioc. Ordinis S. Benedicti (usque remittamus). Discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus eumdem Episcopum in possessionem bonorum Episcopatus ipsius inducas & tuearis inductum. Contradictores &c. Datum &c.

Lateraan 4 Febr. 1256. Zie de Byvoegselen.

Deeze Brief van Alexander IV. berust in het Pausfelyk Archiev.

CLXXXIII.

Roberto Episcopo Virdunen.

*Inter alias sollicitudines, quibus affidue pre-
mimur, cogitare nos convenit, quomodo valeamus
Ecclesiarum indemnitatisbus providere. Sane pe-
ti-*

titio tua nobis exhibita continebat, quod cum cl.
me. W. Regi Rom. direxerimus scripta nostra; ut regalia Ecclesie Virdunen. tuis Nunciis no-
mine tuo concederet eodem Rege nature debitum
persolvente, obtinere predicta Regalia nequivisti.
Quare nobis humiliter supplicasti, ut providere
tibi & eidem Ecclesie super hoc paterna sollicitu-
dine curaremus. Nos itaque tuis supplicationibus
inclinati tibi & eidem Ecclesie providere volentes,
Regalia hujusmodi cum Imperium vacet ad pre-
sens, vice Regia auctoritate presentium tibi duxi-
mus concedenda. Ita tamen, quod pro ipsis futuro
Regi Rom. cum per sedem apostolicam sua fuerit
electio confirmata fideliter exhibeas que confueve-
runt a tuis predecessoribus exhiberi. Datum La-
terani V Kalen. Aprilis Anno secundo.

Lateraan 28 Maart 1256. Zie de By-
voegselen.

Deeze Brief van Alexander IV. be-
rust in het Pausselyk Archiev.

CLXXXIV.

*Everardo Clerico Nobil. Viri . . . Comitis Ir-
suti Varmacen. Dioc.*

*Licet ea que de mandato nostro fiunt plenam in
se habeant firmitatem, ut tamen intemerata con-
stant cum nostro fuerint presidio communita ea li-
benter apostolico munimine roboramus. Ea prop-
ter dilecte in Domino fili ordinationem habitam de
speciali mandato nostro per dilectos filios nostros
H. tituli S. Sabine presbiterum, & P. S. Geor-
gii ad Vulum Aureum Diac. Card. super questione,
que vertebatur inter te & Venerab. Fratrem nos-
trum . . . Episcopum Warmacien., prout in
eorum litteris inde confectis plenius continetur ra-
tam & firmam habentes ipsam auctoritate aposto-
lica confirmamus, & presentis scripti patrocinio
communimus, litterarum ipsarum tenorem de ver-
bo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis
est. Miseratione divina Frater Hugo tituli S. Sa-
bine Presbiter, & Petrus S. Georgii ad Vulum
Aureum Diac. Card. Universis presentes litteras
inspecturis salutem in Domino. Inter Ven. Pa-
trem Episcopum Warmacien., & Eberardum Cle-
ricum Fratrem Nobilis Viri . . Comitis Irsuti su-
per Episcopatu Wormacien. ad quem idem E. fue-
rat electus olim exorta materia questionis tandem*

me-

mediante cla. me. Domino W. Rege Romano-
rum in quem fuerat hinc inde tanquam in ar-
bitrum concorditer compromissum hujusmodi
questio de communi voluntate partium per cer-
tam ordinationem extitit terminata. Postmo-
dum vero Dominus noster Alexander P. P.
quartus ordinationem ipsam propter inconve-
nientiam compromissi non valere decernens de-
crevit nichilominus litterarum auctoritate sua-
rum, ut de novo ea que habebantur in forma
ordinationis ejusdem maxime cum de ipsius
Episcopi voluntate processerit, & ad hoc ju-
ramenti vinculo se astrinxerit servarentur,
predicto autem Episcopo ad sedem apostolicam
personaliter accedente, & exponente dicto Do-
mino nostro tenuitatem redditum Episcopatus
ejusdem, ac super moderatione dictae ordinatio-
nis gratiam implorante, idem Dominus nobis
viva voce commisit ut inter eosdem Episcopos
& Eberardum ordinare super hiis, prout vi-
derimus esse pium & conveniens curaremus.
Nos igitur statu & conditione partium diligen-
ti consideratione pensatis, & volentes earum
quieti consulere, ut sopia discordia inter ipsos
quelibet earum ordinatione nostra merito sit
contenta precipimus & ordinamus tenore pre-
sentium ipsius Episcopi super hiis specialiter in-
terveniente consensu ut idem Episcopus centum

& quinquaginta libras Wormaciens. monete, que nunc habet in usu, vel alterius que tandem valeat si ipsa forsitan mutaretur annis singulis apud Vormaciam in terminis infra-scriptis. Videlicet medietatem dictarum Centum & Quinquaginta librarum in festo Omnis sanctorum reliquam vero medietatem in Dominica qua cantatur Letare Jerusalem eidem E. quo ad vixerit, vel ejus certo nuntio integre ac sine difficultate persolvat & eis dictus Clericus sit contentus, ita quod si forsan idem Clericus habuerit aliqua ecclesiastica beneficia seu ecclesiasticas dignitates tantum dematur de summa dictarum Centum & quinquaginta librarum, quantum de fructibus iporum beneficiorum & dignitatum perceperit annuatim. Statuimus insuper, quod si eundem Episcopum ante obitum ipsius Clerici Episcopatu cedere vel decedere forte contigerit eidem Clerico de bonis ejusdem Episcopatus per successores ipsius Episcopi, qui pro tempore fuerint, vel per alios ad quorum manus ipsius episcopatus redditus pervenerint memorato. Clerico quoad vixerit debeat in predictis Centum & quinquaginta libris supradictis loco & terminis provideri. Adicimus quoque quod si Episcopus prefatus in solutione ipsius pecunie terminis & loco predictis deficeret, & requisitus ab eodem E.,
 vel

vel ejus Nuntio infra tertium diem post hujusmodi requisitionem non satisfecerint integre de predictis ipso facto ab ingressu Ecclesie sit suspensus. Precipimus insuper ut predicti Episcopus & E. inter se ulterius pacem servent, & alter alterum per se vel alios non offendant. Ut autem premissa robur obtineant firmitatis presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum & Dat. Rome XII. Kal. Junii Anno Domini MCCLVI Nulli &c. Datum Anagnie Kal. Julii Anno Secundo.

Anagni 1 July 1256. Zie de Byvoegselen.

Deeze Brief van Alexander IV. berust in het Pauselyk Archiev.

CLXXXV.

Joannes dei patientia Abbas monasterii Sancti Pauli Traiectens. univerjis hec visuris salutem in domino sempiternam. Noveritis nos literas illustris Principis domini Florencii bone memorie

quondam Comitis Hollandie non cancellatas non abolitas nec in aliqua parte sui viciatas vero ipsius sigillo sigillatas vidisse & de verbo ad verbum perlegisse in hec verba.

Florencius Comes Hollandie vniuersis presentes literas inspecturis Salutem. Cum dilecta mater nostra Elizabet quondam Romanorum regina Aleydi. domicelle sue dum ipsa contraxit cum reghenboldo famulo suo ad dotem ipsius dare promiserit nona-ginta. libr. hollandensium. prout in literis dicte matris nostre super hoc confectis vidimus conteneret tenore presentium dicte Aleydi concedimus ut ipsa singulis annis in festo beati Martini hyemalis apud Niencoep de annona nostra ibidem recipias duos choros filiginis qui honde appellantur quousque ipsi dictam pecuniam duxerimus exhibendam. & si forte dicta Aleydis moriatur antequam dictam pecuniam ipsi exhibuerimus volumus extunc ut liberi sui dictam filiginem recipiant donec dicta pecunia ipsis integre persoluarur. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. datum apud Leyden anno dom. M. CC. septua- gesimo in die beati mathei Apostoli.

Item literas venerabilis viri domini officialis Traiectensis dictis literis domini Comitis transfixas quarum tenor talis est.

Officialis Traiectensis vniuersis presentia visu- ris salutem cum noticia veritatis. Noueritis quod in

*in nostra presentia personaliter constitutus discre-
tus vir dominus Heynricus de Reynsborch filius
Aleydis presbiter recognouit coram nobis se pure
propter dominum contulisse religiosis viris Com-
mendatori & fratribus domus Teutonice commo-
rantibus extra muros Traiectens. portionem siue
partem ipsam ex successione materna contingentem
virtute litere obligatorie cui hec nostra presens
cedula est transfixa. In cuius rei testimonium
sigillum nostrum ad petitionem dicti domini Heyn-
rici duximus presentibus apponendum. datum
anno domini M. CCC. octavo dominica post
remigii.*

*Igitur ad petitionem predictorum Commen-
datoris & fratum sigillum nostrum huic scripto
apposuimus in testimonium premissorum. da-
tum Anno domini M. CCC. Octavo sabbato
post Victoris.*

Leyden 1270.

Zie de By-

voegselen.

Dit Stuk berust in de Archieven van het
D. Huis te Utrecht.

CLXXXVI.

Wij Florens Graue van holl. Orkonden al den ghenen die dese tieghenwoirdighe letteren fullen sien of horen Dat wi onse dorpe huusdunen en oudendorpe met al dien rechte. en met alle dien dat dair toe behoird alsoe als si onse sien hebben wi vercoft onsen ghetrouw'en heren willaem van egmonde om derdalf honderd pond penninghe. die hi ons ghelike betaeld heeft te houden van ons en van onsen naacomelinghen te leene alsoe dat die voirseyde dorpe en goet nae dies seluen heren willaems doet. te gherairde sine erfzone comen fullen. gheeueld oec dat dese gherard sturue eer hair will syn vader dit voirghenoemde goid, so ude comen op dies selues gherards oustie soe. erfzone te houden te leene. en niet te versteruen alsoe langhe als. des selues gherards. wittachtigher kindere enich leuet behouden dien luden. die in den voirghenoemde dorpen wonen horen priuilegien die si hebben van ons, jof van onsen vader jof van onsen oude uader. en om dat dit ghestade blyue sat hebben. wi dese letteren bezegheld med onsen

zeghele. die ghegeven waren des donresdaghes
vbor meye dach. In den jare ons heren. M.
twailf hondertich. en drie en tachtig.

Den 29 April 1283. Zie ons II.D.

bl. 169.

Dit Stuk berust op de Hollandsche

Leenkamer

CL XXXVII.

Aelbr. &c doen cond allen luden. want onse
voiruorder Coninc Willaem Graue van Hollns.
dien god genadich sy ghegetten heeft den beghi-
nen tot tsgrauenzande sulke gracie alse dat si
tyenden vry wesen sullen van allen vruchten die
was sen sullen bynnen hoeren houe tot tsgrauen-
zande Soe hebben wy om salicheit onser zie-
len den beghinen voirschr. die ny siin of namacls
aldaar wesen sullen, dese voirschr. gracie ghecon-
firmeert En hebben geloist voir ons en onsen
nacomelingen den beghinen voirschr. en hoeren

11 b

na.

42 CODEX DIPLOMATICUS.

nacomelingen wisse dat sy tot ghenen daghen voirtan tyend gheuen en sullen van enighen vruchten die wasfedden op hoeren hove voirser. Ende ombieden en beuelen onsen rentemeester van noirthollant of anders den ghenen die die tyende van onser weghen pleghen te ynnen dat sy desen beginnen voirser. voirtan daer of laten beruften ende him dier tyenden of te nemen virdragen ende wylr ymant die daer jegheidsdede dat wilden wy aen him houden ende verhalen als aen den ghenen die ons van onser heerlicheit vermynderen wilde. In oirconde etc. Geg. jnden hage opten vyftienden dach in novembr. Anno M. CCCC. ende vier.

's Haage 15 Nov. 1404. Zie de By-

voegselen.

Dit Stuk berust op de Holl. Leenkamer.
EINDE







